128

Coll 1608
Cb.
A XXIX. Cov
L. 5419
C. X. 6
[15]

95 p.p.

Cornarius was one of the best commentators of Hippocrates. The first part of this book is of **pharmaceutical interest**. Besides we mention: De phlebotomia, de coitu, de cibo et potu, de morbis humani corporis (25 pp.), etc. At the end an alphabetical list of simplicia medica. *Many Greek letters.* On the title: " Ex libris Pauli Wyss basiliensis anno 1550 " and in the text many interesting annotations by the same hand. — Somewhat brownstained, otherwise large copy. — **Rare.**

In nomine tuo * Jesu Christe

63827

VNIVERSAE

REI MEDICAE ΕΠΙΓΡΑΦΗ SEV

Enumeratio, compēdio tractata,

IANO CORNARIO Zuicca

uienſi autore.

VIRG. MARO

Laudato ingentia rura,

Exiguum colito.

Di Gennaro Iannelli



BASILEAE ANNO, M. D. XXIX.

[redacted] 1550

Ex libris Pauli Wyss basiliensis Anno 1550

Απεχȣ, Ανεχȣ, κὴ σιωπα.

Sum ex libris Joan: Jacobi Grassij 1599.

AMPLISS. AC PRVDENTISS. HONEſtiſſimisq́ꝫ uiris, ſenatui populoq́ꝫ Zuiccauienſium, Ianus Cornarius S.D.

QVVM in omni ſtudiorũ genere principia ac primi aditus difficillimi eſſe conſueuerint, nulla uidet̃ mihi eſſe liberalis diſciplina, à qua ex ipſis mox liminibus tam multi arceãtur, ac ipſa Medicina. Siquidẽ ea ipſa, quũ propter reliquarum artium cognitionem, quam neceſſe eſt eos, qui ad eius penetralia admitti uelint, adferre: tum propter amplum illud pelagus, undequaqꝫ tempeſtate totius naturæ rerum, totq́ꝫ diuerſarum linguarum uocũ ingruente commotum, multis penitus inacceſſibilis uidetur. Id enim non ſolum mihi, quum primum me ad diſcenda medica conferrẽ, ſed multis alijs contigiſſe puto, qui partim rei magnitudine deterriti, artem intactam reliquerunt, partim ſiniſtra, ac per diſpendia longa ducente uia adgreſſi, ſerius ad metam peruenerunt, aut adhuc in ſtadio anhelantes decurrunt. Quare quo modo q̃ꝫ citiſſime medica adſequi poſſem, ſæpe mecum rationem iniui, atqꝫ quomodo in breuem quaſi faſciculũ res omnis conſtringi poſſit, animo uolui. Meditabar aũt amplius, non ſolum ex medicorum ſcriptorum cognitione, uerũ etiam ex uſu & experientia rerum, ac regionum diuer-

ſarum contuitu, medicum debere nomen habere, Con geſſi itaq; & ante inſtitutam à me peregrinationem, & in ipſa quoq; regionum plurimarum perluſtratione, (quam iam per integrum quinquennium ultra citraq; oceanum magnum facio)in ordinem quendam nomi na ſaltem,ac nuda totius rei medicæ capita,ut inde qua ſi ex locis quibuſdam cõmunibus offerretur, quicquid apud quoſq; optimos artis ſcriptores diffuſiſſime eſt tractatum. Vtile autem id ualde uidebatur fore, quum aliâs nullos,uel paucíſs. libros circũuehere poſſem : & neſcio an animus à libris alienus,longe liberius ac iucũ- dius in rerũ ipſarũ meditatione ac cõtemplatione ua- gatur. Nunquam autem fuit animus,quicquid id eſt o- peræ,in uulgus ſpargere,quippe qui in uſum meum pri uatim mihi libellum concinnaram : uerum quando ex Gallijs ac Germania inferiore digreſſus, per Rheni a- mœniſs. flumen, uſq; ad ipſam nobiliſs. Rauricorum urbẽ BASILEAM perueniſſem, uiſum eſt aliq̃t doctis amicis,ut hac arrepta occaſione (ſiquidem Baſilea im- mortale planè nomen præ omnibus alijs Germaniæ ci uitatibus,ob plurimorum ac optimorum autorũ ædi- tionem adſequuta eſt)libellum pluribus facerem com- munẽ. Neq; ſanè ipſe multum ſum reluctatus, ut qui putem medicinæ ſtudioſos futuros, hinc non mediocri ter poſſe iuuari,quo ipſum rerum medicarum labyrin- thum uel cautius ingrediãtur, uel ingreſſi facilius ſe extri- cent,

cent. Id enim ſi recte iudico, ſatis patrocinij libello contigit. Vt tamen non planè ſine tutoribus libellus exeat, uobis patres ampliſs. ac Zuiccauienſis urbis conciues optimi, inſcribitur, qui omnia mea uobis iure uendicare queatis, etiam ſi nullus dedicem ego. Atq; utinā tantus extet is, qui uel leuiter in ſtudiorum meorū reddenda ratione uobis poſſet ſatiſfacere, quando poſt deum nemo ſit, qui hanc poſſit iuſtius à me exigere. Veſtris enim ſumptibus ac ſtipēdijs integrum ſeptenniū Muſarū ac Apollinis caſtra ſum miles ſequutus, ac qualiſcūq; tādem à me in horū caſtris opera fuit præſtita, eſt tamen publice per omnes coronarū diſtributionis ordines, ſuas laureas adepta. Quod ueſtrum beneficium, ſi ingratus acceptaſſe uiderer, merito ſine pectore corpus iudicandus eſſem. At uero ego gratiſs. animo ſemper memini, quāquam quo talionem reddere poſſim, iamdudum de modo deſperaui. Dignum autem non mea, qui ueſtras ſum, ſed eloquentiſs. ac optimi cuiuſq; prædicatione, nobiliſs. urbis ueſtræ inſtitutum, quo certis ſtipendijs in ſingulos annos aliquot multos indigenas, bonæ indolis adoleſcentes, ad bonarum artiū ſtudia, in quibusq; laudatiſs. academijs enutritis. Quam laudem ut uos ſoli præ reliquis multis urbibus propriā habetis: ita optandum eſſet plæraſq; eſſe, quæ uobis eā inuiderent, ac ſtrenue æmularentur, maxime hoc ſeculo, quo uidemus ſurſum ac deorſum rem uniuerſam

litterariam, indoctorũ quorundam, ac innouationis re rum cupidorum hominum tumultibus concuſſam, alicubi etiam penitus deletam: nolo recenſere quæ commoda in respub. ex eiuſmodi ſanctis inſtitutis emanent: hoc dicam ſaltem, quaſcunq; politias per doctos & litteratos uiros optime ſemper inſtitutas floruiſſe, p indoctos uero ac barbaros quaslibet optimas concidiſſe, ac eſſe uaſtatas: ut nulla potior à ciuitatibus laus quæri poſſit, quàm ea, quam uos ſaluberrima ſanctione perpetuam ac māſuram eſtis adepti. Parcius iſta omnia refero, ne ueſtras quum ſim, inde ego laudē quæſiuiſſe uihi uidear: dicam tamen, mediocriter doctos uiros ſemper ab hoc inſtituto multos, ex urbe ueſtra prodijſſe, ac quum quotidie mors omnibus inſtet,

Vno auulſo non deficit alter
Aureus, & ſimili frondeſcit uirga metallo.

Eadem ratio eſt, cur nolim ſimilem diligētiam ueſtrā circa pueros mox optimis imbuendos proferre, ac ſcholam triplicis linguæ doctrina intra muros ueſtros inſignē. Relinquo etiam alia, quæ plurima in politicis ad optimas quasq; ueterũ formas à uobis ſancita, poſſem enumerare, quorũ ipſi inter uos à multis iā annis, ſumma cōcordia aut eſtis autores, aut à maioribus receptorũ integri cuſtodes, quæ promere nō uererer, ſi pergeremus nos iuniores uere eſſe aliquādo, quod uos omnes auditis, ac ueſtri Laurentijq; Vrſalij ſimiles, quē uirum

tanquàm

tanq̃ abſolutũ exemplũ ueteris Romanæ eruditionis, eloquẽtiæ, integritatis, ac præcipue bonorũ morum nomino, in ueſtra aũt repub. conſulẽ primariũ, planè iſto loco, & uita lõgiſſima digniſs. Vnũ eſt, qđ me uel externũ prolectare ad ueſtri amorẽ poſſet, id non tacebo, auitũ illud erga rem medicã ſtudiũ, ac honorificẽtiſs. eius artis profeſſorũ apud uos locũ. In qua re illud admiratione dignũ, ut quũ in reliquis adiacẽtibus urbib. uix ſinguli degant, apud uos ſemper ferè tres, aliquãdo quatuor & plures, propter autoritatẽ & honorẽ artis, opibus ac quæſtu mediocribus contẽti, uiuere aut deligant, aut ut uiuãt, undiquaq; doctiſs, quiq; inuitantur, ueſtræ urbi adſcripti, etiã ſi ueſtrates nõ ſint: quod quaſi ſanctum apud plærasq; urbes habetur, ac cauetur ne cuiq; externo cõtingat: quali fama audio apud uos iã uiuere, magna artis gloria, ac liberali fortunæ fauore Stephanum Vuildium, noſtrum olim in his ſtudijs æqualẽ, ac mox familiarẽ magiſtrũ. Quare ampliſs. uiri, ac optimi conciues, benignum animi mei ſtudiũ probate, ac rei medicæ breuem hãc ἐπιγραφὴν, eius teſtẽ apud uos eſſe permittite, propter cuius tutelam iam inde uobis impendentem, non ſolum apud me, ſed quoſq; medicinæ ſtudioſos, qui iſta legerint, gratiam condignam eſtis inituri. Valete, Baſileæ, Nonis Nouembris, Anni, M. D. XXVIII.

LIBELLVS LECTORI.

Protinus à primo conſpectu quid mihi naſum
Contrahis & rugas, qui mihi lector ades.
Conuenit ut totũ me mẽbratimq́ retrectes,
Dein manibus, pedibus, cũ natibuſ ue teras,
Tantum indignabor, cẽſes quod plurima ineſſe,
Propter quæ poterã diſplicuiſſe tibi:
Emũctæ artis opus, dein docta poëmata quæras,
His ſi quid deſit, carpere iure potes.
Qui medicam exhibeo fuco ſine, & arte ſalutẽ,
Iraſcar mihi ſi gratia digna perit?
Vtilitas tua quæſita eſt, mihi nulla uoluptas,
Quam ſi non potui, ferre tamen uolui.

VNIVERSAE

REI MEDICAE ΕΠΙΓΡΑΦΗ SEV Enumeratio, compẽdio tractata, IANO CORNARIO Zuiccauienſi autore.

MEDICINA eſt ſcientia, qua humani corporis incolumitas conſeruatur, & deperdita reſtituit. Ea diuiditur in διαιτητικὴν, φαρμακευτικὴν, καὶ χειρουργικήν.

Chirurgia omnium uetuſtiſs. eſt, ac multis annis ante Troianum bellum inuenta, quanquam quo autore, aut qua occaſione, non cõſtet, alij caſu, alij diuinatione, ſomnio, uaticinio, ac dæmonum inuocatione alij repertam perhibent, ſed uериſimile eſt mox cum ipſis hominibus incepiſſe. Quum enim natura quibuſdã animantibus inſitum ſit ad quarundam rerum auxilia cõfugere: quanto magis illud rationis compos animal, hominem contra tot undiq; imminẽtia mala medelam mox à principio quæſiuiſſe putabimus? In Chirurgia uero præſtantes Podalyrius ac Machaon Aeſculapij filij ab Homero referuntur, uulneribus tantum ac abſceſſibus externis medendis inſignes. *Medicinæ chirurgiæque inuentio.*

Diætetice uero poſtea inuenta, adeo apud omnes in uſu fuit, ut Aſclepiades quinq; res maxime cõmunium

auxiliorum ſit profeſſus, Abſtinẽtiam cibi, Vini, Fricationem corporis, Ambulationem, Geſtationes.

Cum unuſquiſq; ſemetipſum ſibi præſtare poſſit intelligere, eius rei autor eſt Plinius, hanc etiam Hippocrates ſic amplexus eſt, ut quatuor libros de regimine uel ratione uictus in morbis acutis, ad eam deſcripſerit, Cnidiorum medicorum inſcitiam in hac adminiſtranda redarguens. Ea autem mox in duas partes diſtributa eſt, quarum alteram ſequentes rerum naturæ cognitionem, ad uictus rationem adiecerunt: alteri in ſolo uſu & experimentis omnia ponentes, Empiricos ſe uocauerunt.

Lib. 26. cap. 3

Empirici

Pharmaceutice autem, quæ morbis medetur, ac à permixtione medicaminum nomen habet, ſimiliter diuidi cœpit, ut alij ſolis experimentis confiderent, alij autem experimenta quidem non damnarunt, ſed corporum, morborumq;, cauſarum, ac rerum quæ morbis medcantur, rationem, tanquam neceſſariam ſimul adprehenderunt. In hac igitur parte conſyderandum.

Medicine pharma.. conuire ᵹopo[illegible]

Pharmacum omne duplex eſſe { Simplex, ἁπλοῦν. / Compoſitum, σύνθετον.

In ſimplicibus re- { Electio & collectio / Locus collectionis / Temporis opportunitas / Regionis.

ſpiciẽda ueniũt. Regionis natura
Repoſitionis cura
Exiccationis modus
Virtutis cognitio
Longæuitas uirtutis.

De Simplicibus ſcripſerũt, qui hodie ferè in manibus habentur,

Theophraſtus	Auicenna
Ariſtoteles	Raſis
Dioſcorides	Ioan. Meſuas.
Dioſcoridis interpres.	
Galenus	Et horum coaceruator
Plinius	
Serapion	Matthæus Syluaticus
Macer	Hermolaus barbarus

Ordo Simplicium

Simplicia ſunt aut

Herbæ	Fructus
Flores	Folia
Semina	Ligna
Cortices	Recepta ex animalibus
Radices	Adipes
Liquores ac Pinguedines ſucci cõdẽſati	Medullæ
Liquores ac ſucci liquidi	Excrementa
	Gummi

Gummi	Aruinæ
Reſinæ	Mineralia
Lachrymæ	Metallica
Oſſa	Lapides
Terrarum di/uerſarum ſpecies.	Gemmæ

De Compoſitis

Compoſita.

Ut in Galeni compoſitis uidere licet.

Ad ſummum ſex componi debent.

Vetus eſt componere medicinas mos, quamuis ab aliquibus medicis improbatus, Galeno quoq;. Et ſanè ueteres in compoſitionibus διὰ τεσσάρων non exceſſerunt, aut ultra ſextam ſpeciem ad ſummum: hodie laſciuia medicorum eò uſq; procedit, ut mixta mixtis miſceri uideas. Quòd ſi tamen rem recte quis conſyderet, inueniet certe ſimplicium ſimplex iuuamentum: quum autem morbi multipliciter ſint compoſiti, adparet neceſſe eſſe & medicinā exhibere eiuſmodi, quæ tam multis adfectiōibus ſe opponat, & uere fiat ἀντίδοτον.

Quare medicinæ componantur.

Ratio Compoſitionis.

Exactam medicamentorum compoſitionem, à nullo ... Galeno dictis, ... de hac re libros ſeptem abſolutiſſimos ſcripſit.

Videntur autem rationes, quas propter cœptum eſt medicamina componere multa, eſſe ferè hæ,

1 Quòd in eodem morbo diuerſæ ſint affectiones.

2 Vt membra maxime principalia tuta ſint à ui medicinæ, quæ aliâs alicui aliȷ membro, ad quod adparata eſt, minime iniuria eſſet.

3 Neceſſitas ſuccurrendi diuerſis uenenis.

4 Vt ſi quis longe remoto membro uelit medicinam adhibere,

adhibere, neceſſe eſt enim ut addat quid membro familiare, quod pharmacum eò proxime deferat.

Miſcentur medicinæ ob mutuam conſeruationem. 5

Vt horribilis ſaporis per admixtionē ἐυγευστέρων fiat 6
ablatio. Autores aũt in his publice hodie recepti ſunt,

Hippocrates	Raſis
Galenus	Meſuas
Paulus Aeginita	Auicenna
Cornelius Celſus	Hali abbas
Q. ſerenus poëta	Nicolaus Salernitanus.

Iuxta quorum præſcripta ferè pharmacopolæ hodie ſua pharmaca miſcent. Neq; uero damno, ſi qui ſunt, qui poſt hos in hanc rem aliquid operæ collocarunt, ut ſunt aliqui qui etiam noſtro tempore, & egregia pharmaca cōponunt, & mortaliũ malis feliciter ſubueniũt.

Ordo compoſitorum.

Electuaria	Decoctiones
Opiata	Pilulæ
Solutiua	Suffuff & pulueres
Condita	Vngenta, & empla/
Species loch	ſtra, ac cerota
Syrupi & robub	Olea.

In qua re obſeruandum omnem medicinam adplicari,

Vel { Intra / Extra } Corpus { Superius / Inferius / Supius & Inferius.

Extra corpus adplicantur medicamina in forma.

Vngenti	Embroches
Ceroti	Fomentationis
Emplaſtri	Linimenti.
Epithematis	

De Vngentis.

In ungentis conſyderanda ſunt ingredientia, & eorũ iuſta permixtio.

Ingredientia ſunt { Oleum, Butyrum, Axungia, Pinguedines ex animalibus; Gummi, Cera, Species.

Obſeruandum in his ſpecierum in puluerem contritarũ. ʒ.i. requirere ℥ i olei uel liquorum, quanquàm ea res omnis in diligẽtis iudicio Medici: poſt uero in opera nõ negligenti ipſius aromatarij conſiſtat. Adijcitur autem plerunq; modicum uini, aut aceti, ut fortior fiat penetratio. Præſtat etiam adplicari calida, loco inungendo prius leuiter cum pannis lineis fricato. Verbi gratia.

Fricatio cum linteolis

℞. olei Nardini
de menta
Vngẽti ſtomachalis } ana. ℥ i
Agarici
Calami aromatici } ana. ʒ. i

Nuciſmy-

Nuciſmyriſticæ
Maſtiches } ana. ℈. i
Galangæ

Miſce & fiat unguentum molle cum modica cera.

De Linimẽtis.

Porrò linimenta ſolent adparari aliquando ex iiſdẽ ingredientibus, oleis ſcilicet & ſpeciebus, quibus ungenta: itemq́ʒ albumine oui ac aquis quibuſdam diſtillatis, niſi quod forma liquidior eſt, ac ferè cum linteolo illiniri ſoleant, ea græcis ἔγχρισα dicũtur. Hippo. & Galenus ἔμμοτα uocant, niſi malis peſſos eo nomine intelligere.

V. aph. 47 Therapeu. metho. 13 ἔμμοτα

De Cerotis.

Cerotum nomen à cera habet, quæ κηρὸς Græcis dicitur, propterea quod in eius compoſitionem ingreditur. Vocatur autem & δρώπαξ ab iiſdem. Itẽq́ʒ σιναπισμὸν, id eſt ſinapiſmum, ob ingreſſum ſinapis.

δρώπαξ Sinapiſmum

Ingredientia ſunt.	Olea	Species
	Cera	Gummi
	Reſina	Sinapi.

Obſeruatur autem in eorum mixtura, pondus quod in ungentis. Effingere ſolent etiam medici figuram ſecundum membrum, cui eſt adplicandum: ſic ad ſtomachum faciunt in forma ſcuti, ad epar in forma epatis, ad ſplenem in figura ſplenis. Acu tranſ

uerſim etiam tranſmiſſo conſuitur, quod uulgus aromatariorum interpaſſare uocat, à græco ἐπιπάσσειν, ut puto, factum, niſi quis malit ad inſperſionem puluerũ, quæ fieri ſolet, hanc uocem referre. Exemplum.

℞ olei citoniorum }
de menta } ana. ℥. 15
Emplaſtri ſtomachalis ℥ iij
Maſtiches ʒ. ij
Chariophilorũ }
Nucis myriſticæ } ana. ʒ. 1
Calami aromatici ʒ. 15

Fiat ſcutum ſtomachale cum puluere cinãmomi conſperſum, ac ſuperducto ſyndone.

De emplaſtris.

Emplaſtrum. ἔμπλαστρον itemq; κατάπλασμα, informamẽtum dicere potes, quod ex multis ingredientibus ipſum rudis quædam & craſſa forma cõfiat, ἐμπλαστικὰ Galenus uocauit.

Emplastrum ab Unguento differt quod medicamina id ipsum constituentia crassiora sunt in unguentorum confectionibus, ubi tenuissima esse debent.

Ingrediẽtia ſunt	Herbæ	Farinæ
	Flores	Ouorum uitelli.
	Folia	Albumẽ.
	Species	Cici.
	Pinguedines	Butyrum.

Obſeruan

Kataplasma, proprie est quod fit ex herbis viridibus contusis, vel siccioribus ad mollitudinem redactis, & ita simul adhibitis fit.

Obſeruandum in emplaſtris, ad M .i. herbarum, debere addi ℥ 15 olei, uel alterius liquoris, butyri ſiue pinguedinis. Species item non puluereſcant, ſed craſſius cõtundendæ ſunt, ne in formam malagmatis tranſeant, quæ mollior emplaſtro eſt. Ebullitio autem fiat, donec ueniat ad ſpiſſitudinem, niſi malis ſic cruda contuſa imponere, Vt,

Pondus. In Emplastris, ad M. 1. herbarum addi debes ℥. 15. olei aut alterius liquoris. Malagmata

℞. Florum chamæmeli, Meliloti, Aneti. } ana M 5
Radicis althææ M. 1.
Oleorũ Chamæmeli, Meliloti, Aneti, Liliorum alborum } ana . ℥ . 1

Contuſa ebulliant ad ſpiſſitudinem, fiat Empl'a.

De Epithematibus.

Epithema.

Epithemata ab imponendo nomen habent: eorum uſus frequenter contingit cordi & epati; ad eorum malam qualitatem permutandam. Ingredientia ſunt ſucci, aquæ diſtillatæ, pulueres diuerſarum ſpecierum. Miſcemus autem fermè cũ libra una aquarum ʒ 15. ſpecierũ, adplicatio uero eſt in panno lineo, aliquando etiam laneo, maxime quod uocant Scarlacum. Vt,

Epithema ab imponendo nomen habet, dicitur enim generatim quicquid membro alicui imponitur.

R. Aquarum Endiuiæ, Epatici } ana. ℥. iij

Epithema si proprius sumatur, est confectio ex succis, ut aquis distillatis, & pulueribus diuersarum specierum composita.

c Cico-

In Epithematibus cordi admovendis semper parum vini optimi atque croci addatur, perinde atque in iis quae hepati applicantur parum aceti. pondus tamen horum continet ſ, ut ad lib: j. liquorum, ℥ j. vini, aceti ℥. ſ. croci gr. iij. adijciatur.

Cicoreæ } ana.℥. iij
Solatri }
Aceti ℥.ß.
Specierum tria ſandali ʒ. 15. fiat Epithema

Aliud.

R. Aquarum abſinthij } ana libram
Eupatorij } ſemis.
Specierũ diacinamomi ʒ 15.
Aceti parum, miſce, fiat Epithema.

Embrocha.

Ἐμβροχὴ latinis irrigationem sonat, est enim proprie ubi de alto pluviæ instar supra membrum aliquod distillatio fit, à verbo βρέχω, quod pluo ac irrigo significat.

De Embrochis.

Embrocha, ἐμβροχὴ irrigationem ſonat, quæ fit aliquando per prolutionem, aliquando diſtillationem, ſupra mēbrum aliquod, à uerbo βρέχω, quod rigo ac proluo ſignificat, & ἐν, in. Ingredientia uero ſunt, confectiones magnæ uocatæ uel opiatæ.

Applicatio fit spongia, dum adhuc decocto calor.

Herbæ	Mel
Flores	Zaccharum
Species	Aquæ diſtillatæ.

Addũt autem ferè in decoctione ad M. ij. herbarum, libram aquæ unam, ad cõſumptionem medietatis. Vt,

R. Mentæ }
Abſinthij } ana.M.1
Chamæ meli. }
Labruſcæ } ana.℥.ß
Aneti }

Ebulliant in lib. aquæ ij. ad medietatis cõſumptionem.

De ſo-

De Fomentis.

Fomenta ac fomẽtationes à fouendo dictæ, quod ſua caliditate ac humiditate membra quibus adplicantur foueant ac refocillent, quod græci πυριᾶν uocant, ac ipſa fomenta πυρίας. Fiũt autẽ ſicut Embrochæ, ſeruata proportione aquarũ & herbarũ in decoctione, ut uidiſti. Fomenta. Pyria

℞. Althææ cũ radicibus
Maluæ
Maioranæ
Parietariæ
Capillorum Veneris
Meliloti
Aneti. } ana. M. 5
Chamæmeli M. 1.
Feni Græci lib. 5.
Seminis lini. ℥. iij

Fiat decoctio in lib. aquæ 6. ad cõſumptionem ferè medietatis.

Hactenus ea tractauimus pharmaca, quæ extra corpori adplicantur, iam de illis quæ intra corpus adſumuntur. Sequuntur nunc pharmaca illa, quæ intra corpus adsumuntur.

Intra corpus	Electuaria	Conſeruæ
	Confectiones	Loch
	Condita	Syrupi.
	Laxatiua	Iulep.

adſumuntur
- Opiata
- Trochiſci
- Pilulæ
- Decoctiones
- Pulueres
- Robub

De Electuarijs & confectionibus.

Electuaria uulgo à medicis uocantur, quæ Græcis à lingendo ac lambendo ἐκλείγματα uocantur, & ab Hippocrate ἐκλεκτά. Et quanquã in his conficiẽdis nihil certi queat præſcribi, quum ſecundum ætates, morbos, anniq́ꝫ tempora, aliter atq́ꝫ aliter confiant ac exhibeantur: tamen in confectione ſolida ad libram unam mellis ferè poni ſolent ℥.ij. uel iij. ſpecierum: ad librã.1. Zacchari, ſpecierum ʒ.6. uel ℥.1. ad ſummum. Medici ordinant communiter in confectione ſolida rotularum uel trochiſcorum ad ʒ.1. pulueris uel ſpecierum ℥.1. Zacchari, uel parum plus.

Li.4. de rati. Vic. Aph.65 & 74. & ſæpe alibi

De Conditis, Conſeruis ac Loch.

Formæ hæ ſunt liquidæ omnes, commiſcenturq́ꝫ inuicẽ aliquoties: ita tamen ut ferè ad ℥. ij. conſeruarum adponas Zacchari ℥.1. quum ſit conditum. Quod ſi ex ſpeciebus componas conditum, itemq́ꝫ confectionibus alijs commiſcendum eſt de Syrupis tantum, ut iuſtũ adquirat corpus, ut non tam denſum ſit quàm ſunt cõſeruæ, necꝫ rurſus tam liquidum quàm ſunt ipſa Arabis uocata Loch.

De Laxatiuis.

Cathartica

Laxatiuorum quæ καθαρτικά, id eſt purgatiua Græci uocant,

Nostri medici Opiata vocant Correctiva, ut sunt Castoreum, Crocus, Casia odorata, quae ligna vocant & ex his similia.

cant, confectio ac compoſitio, itemq́ꝫ doſis. hoc eſt iuſti ponderis exhibitio, eſt ſecundũ ætates, ſexus ac regiones, inſuperq́ꝫ tempora anni, quæ omnia curam requirunt ac iudicium medici diligentis.

De Opiatis.

Opiata ab opio ingrediente ipſorum compoſitionem nomen habẽt, & quia maxime ſunt ναρκωτικὰ, id eſt ſtupefacientia, iudicium requirunt medici accuratum. Vocantur autem ἀνώδυνα, id eſt ſedantia dolorem.

De Syrupis, Iulep, ac decoctionibus.

Ad libram 1. aquarum diſtillatarum, uel decoctionis aliquarum herbarum, ponitur libra 1. uel 1ſ. de Zaccharo uel melle in apparando Syrupo. Scribentes obſeruant communiter duplum pondus aquarum diſtillatarum ad ſimplum Syruporum. In formandis Iulep ponatur ℥ 1. Zacchari ad lib. 1. liquorum, uel paulo plus.

De Enematibus & Clisteribus.

ἔνεμα iniectionem ſonat, ab ἐνίημι iniicio. apud Celſum ex Hippocrate emplaſtra ἔναιμα legis, quæ cruentis adhuc uulneribus adponebãtur: uerũ ea ἀπὸ τοῦ αἵματος, id eſt à ſanguine nomẽ habent. Vocatur autem & Enema de quo hic agimus, alio nomine κλυστήριον καὶ κλυσμὸς, id eſt lauamentum uel ablutio, à uerbo κλύζειν, lauare.

Lib. 5. ca. 19. Hippo. in lib. de ulce. & uulnere

Oleum oliuæ & alia quocꝫ

Decoctiones aliquæ Piſorum

Butyrũ

Enemata quaedam sunt Lenia, quaedam Constringentia. Lenia sunt quae ex iusculo pisorum, ciceris, gallinae & aliis conficiuntur. Constringentia sunt quae ex constringentibus in pharmacis medicamentis, plantagine, bursa pastoris, bolo armeno & similibus fiunt.

δόσις est ʒ 1.

Opiata numquam admovenda morbis in corpore principatum ναρκωτικά habentibus.

Syrupus est duplex, Brevis aut Longus.

Proprie κλυσμός est instrumentum & Enema liquor, qui illo instrumento in anum iniicitur.

Ingredientia ſunt

Butyrum recens	Cicerum
Seuum hircinum	Ptiſanæ
Adeps renũ, maxime	Zaccharũ rubeum
Anſeris	Sal
Gallinarum	Laxatiuæ cõfectiones
Caponum	Cõpoſitio Trochiſco- rum Andromachi
Vitelli ouorum	Hiera picra
Lac nouiter mulſum	Caſſia fiſtula
Iura Gallinarũ	Diaprunis.
Caponum	

Doſis laxatiuorum eſt ab ℥.iiij. ad ℥.8

Vtilitas Enematum Vſus uero Enematum eſt propter paſſiones renum, itẽq; matricis & ueſicæ. reſoluũt etiã ſanguinẽ induratum. ac calculum arenoſum extrudunt. quanquam in omnibus morbis à medicis eorum uſus præſcribatur, nec temere, quum nulla ſit medicinæ forma, quæ corpus minus lædat, ut mirum ſit uulgo perſuaſum eſſe, ad hanc tanquam ad ſacram anchoram medicos decurrere. Verum pudor non tempeſtiuus ſanè in hoc loco quoſdam abhorrere facit. quanquam ſint qui eorũ uſum ex ſatis obſcœna cauſa cœpiſſe putent, quam libens relinquo.

De Trochiſcis, Pilulis, ac omnibus medicamentorum for mis ſimul.

De Trochiſcis, id eſt rotulis, pulueribus ac pilulis, à ſimili.

Trochiscus est confectio rotunda & plana ad rotæ similitudinem formata. Trochiſci hi antequam deuorentur, rediguntur in puluerem, & in uino, aqua aut alio liquore assumuntur.

Communicant trochisci in... Electuariis, confectionibus, conserue, pillulis, unguentis & clysteribus.

Pondus commune ferme in omnibus est ʒ.j. & eorum, quorum confectionem opium ingreditur est ℈.j. aut ʒ.ſ.

militudine paruæ pilæ dictis, quæ etiam à deuorando ac deglutiendo καταπώτια Catapotia dicta ſunt. quædam adijcienda erant, ſed tot extant medicorum libri, unde commodius ea diſcere poſſis, ut nobis ſatis eſſe uiſum ſit, ea tantum quaſi digito indicare. Catapotia

Superſunt autem adhuc formulæ aliquorum medicamētorũ, quæ neq; intra corpus adſumi, neq; extra tamen adplicari omnino recte dixeris. Quales ſunt formæ Naſcalium, quorum appellatio à naſo eſt, Peſſariorũ, quæ à forma tali longioris, qui Græcis πεσσός dicitur, nomen habent: βαλάνων hoc eſt glãdium, quorum formam habent, & uulgo ſuppoſitoria appellantur. Amplius autem & Gargariſmatum, ac aliquorum pomorũ odoriferorum de muſco, de ambra, ac herbis aliquot odoriferis, cũ camphora, quorum omnium uix aliquis certas regulas præſcripſerit, quomodo fieri uel formari debeant. Exemplis igitur ac præſcriptis εἰκάσι condiſcenda ſunt, cuius rei copiam omnes medicorum libri adfatim ſuppeditant. Naſcalia. Peſſari Balani Gargariſmi Poma odorifera factitia

Porrò apud Galenum & μητρεγχύτας inuenies. ea inſtrumenta inſtar Clyſteris fuerunt, quibus ad uterum medicandum utebantur. Apud eundem & σίφωνας habes, id eſt ſyringas uel fiſtulas, quibus inijci ad ueſicam per uirgam medicamina ſolent: aliquando etiam quum exulceratio exiſtit in uijs urinæ Metrẽchytæ. Syphones

 aut

Paſtillus nil aliud est quam Trochiſcus, de Throchiſcis autem in precedenti folio ſatis habuimus, itaque ſufficiat.

Paſtilli. *Collyria*

urinæ aut ipſa uirga. Omitto autem Paſtillorũ, itemq́ Collyriorum formas, quum uulgo etiam nota ſint, ut ne quis multitudinis tædio grauetur.

De humani corporis phyſica cõſtitutione.

Ingenia apud Arabes tranſlatos uocantur & Auicennam

Cognitis ergo his quæ ad medicinam corporis humani ſpectant, medicamentorum uidelicet formis ſeu inſtrumentis ac ingenijs, ut uulgo uocant, quibuſdã. Adnectemus deinceps de humani corporis Phyſica conſtitutione, ex quibus primum rebus compactum ſit: quibus deinde rebus foueri poſſit, ut ſanum permaneat, & ſiquidem contingat prædictis nõ bene habentibus corpus ipſum ægrotare. Tertio uidebimus, qualiter corpus, & quo morbo ſit affectum. Placitum autem eſt medicis uocare ea, quæ corporis noſtri conſtitutionem ingrediuntur, RES NATVRALES: Quæ conſeruant ut duret, NON NATVRALES: Ea uero quæ lædunt ac ægrotare faciunt, CONTRA NATVRAM.

Ea quae corporis constitutionem ingrediuntur sunt physica.

De rebus Naturalibus.

Hec pars medicine physiologia dicitur, in qua de hominis natura ac constitutione agitur. Graeci φυσιολογία appellant.

Corpus itaque humanum conſtat per res naturales. VII.

1	Elementa	Aer	Ignis
2	Humores	Sanguis	Cholera rubea
3	Commixtiones	Cali. & hu.	Calid. & ſicc.
4	Mẽbra principalia	Cor	Epar

præpa

Præparatoria	Pulmo	Stomachus
Deſeruiētia	Arteriæ	Venæ
Virtutes	Spiritalis	Naturalis
Operationes	Spiritalis	Naturalis
Spiritus	Vitalis	Naturalis

(Spiritalis … Naturalis: Propter nutri/cationem)

OMNIA

QVATVOR.

Aqua	Terra
Phlegma	Cholera nigra
Frig. & hu.	Frig. & ſic.
Cerebrū	Splen uel Teſtes
Epar	Membra gene/rantia ſperma
Nerui	Vaſa ſpermatica
Animalis	Naturalis
Animalis	Naturalis
Animalis	Animalis

(Animalis … Naturalis / Animalis: Ad genera/tionem)

Subdiuiduntur autem quatuor humores ſecūdum quod inuicem alter cum altero magis aut minus per/miſcetur: ſic ut quatuor itidem, ut iſtorum ſuperiorum omniū facias modos: quomodo diuidit etiam uirtus & operatio naturalis, ſic.

QVATVOR MODI OMNIVM humorum.

Sanguinis	Purus	Cholericus
Choleræ	Vitellina	Rubea pura
Phlegmatis	Dulce	Salſum
Choleræ nigræ	Sanguinea	Acuta
Virtutis naturalis	Digeſtiua, ſic.n. uocāt ἀλλοιότικὴν	Actractiua
Operationis naturalis	Digeſtio uel concoctio	Appetitus uel attractio

OMNIA QVATVOR.

	Phlegmaticus	Melancholicus
	Citrina	Praſina uel erugi-noſa
	Album purum	Acre & Vitreum
	Phlegmatica	Nigra pura
	Expulſiua	Retentiua
	Expulſio	Retentio.

Porrò uirtus animalis in cerebro pauló aliter diuidit.

Virtus animalis triplex eſt,

Diſcernens, & eſt triplex { Imaginatio, Ratio, Memoria } cuius ſedes eſt in { Fronte, Medio cere., Occipitio.

Moués, quæ neruos & lacertos contrahit & laxat, à quibus omnia membra motum habent.

Sentiens, & eſt quintuplex { Viſus, Auditus, Guſtus, Odoratus, Tactus

Et ſic

Et ſic fermè totam hominis cõſtitutionem breuiter ob oculos ſubiecimus.

DE REBVS NON NATVRALIBVS.

Conſeruatur corpus humanum per iuſtum uſum rerum non naturalium, ſunt aurem harum ſex

Aer 1
Cibus & potus 2
Quies & motus 3
Somnus & uigilia 4
Inanitio & repletio 5
Animi affectus 6

Hæ autem omnes uariantur, ac commutationem quoq; requirunt, ſecundum,

Aetates	Adoleſcẽtia	Iuuentus
Anni tempora	Ver	Aeſtas
Figuras corporũ	Carnoſitas	Macies
Terræ ſitum	Profunditas	Vicinitas montiũ
Terræ qualitatẽ	Pinguis	Aequalis
Regiones cœli	Meridies	Oriens.

OMNIA QVATVOR.

Senium	Senecta
Hyems	Autumnus
Pinguedo, ſqualor	σώθεσις
Vicinitas maris	Altitudo
Lutea	Petroſa
Occidens	Septentrio

Hæc autem omnia referenda ſunt ad res naturales, ita ut ea quæ ordine primo poſita ſunt, ad aërem referas: quæ ſecundo, ad ignem, &c. Eſt enim eadem in his, quæ in ſuperioribus complexio & uirtus: ſic adoleſcentia, carnoſitas, uer, itidem ut aër & ſanguis, calidi & humidi ſignificationem habent: iuuentus uero, æſtas, acmaties, ignis & choloræ, Et ſic deinceps.

Eodẽ modo & ordine digerere potes etiã quæ ſequunt̃

Ventos	Auſter Euroauſter Africus Auſter	Subſolanus Vulturnus Eurus.
Planetas.	Iupiter Mercurius	Sol Mars.
Signa cœleſtia.	Gemini Libra Aquarius	Aries Leo Sagittarius.

OMNIA

QVATVOR.

Fauonius Chorus Africus	Boreas Aquilo Circius.
Venus Luna	Saturnus
Cancer Scorpio Piſces	Taurus Virgo Capricornus.

Molle

Qualitates	Molle	Aridum
ſecundas	Lubricum	Subtile.
Colores	Rubeus	Citrinus
	Dulcis	Acutus
Sapores	Vnctuoſus	Amarus
		Salſus.

OMNIA

QVATVOR.

	Graue	Durum
	Craſſum	Aſperum.
	Albus	Niger
		Viridis
	Ponticus	Acetoſus
		Stypticus
		Acerbus.

Vides planè iſtorũ omnium ordinem, quemlibet poſſe ad ſuum ſuperiorem, naturaliũ rerum ſcilicet, referri. Sunt enim uẽtorum quaterniones tres, & ut quiſq; hic locum occupauit, ſic cenſendus eſt uirtutem in ſe habere eius ordinis ſuperiorum diuiſionum, ad quem eſt referendus. Sic quoq; de tribus ſignorum Zodiaci quaternionibus, ac ſaporibus iudicabis. Quanquam autem acetoſus frigiditatem & ſiccitatem in ſe habeat, tamen calefacit ac humectat quoq; manifeſte. In reliquis ferè conuenit.

Poſſis autem & metallorum genera ſic diſtribuere, ut ſint ordine,

Primo	Secundo	Tertio	Quarto.
Aurum	Chalybs	Argentum	Plumbum
Cuprum	Ferrum	Stannum	

Porrò uidetᷣ mihi uniuerſa tractatio de iudicatione urinarum ac pulſus arteriarum, non incommode poſſe in eiuſmodi quaternionem redigi: idq́ aliquando plus ocij nacti, non grauate tentabimus, ſi intellexerimus tamen iſta noſtra non penitus abijci ac contemni, Monſtri enim ſimilia quædam ſunt, quæ ſcio à pleriſq; de his rebus eſſe tractata, ſed iam quod inſtat.

DE REBVS QVAE SVNT CONTRA Naturam à medicis uocata.

Videamus aũt deinceps de rebus quæ contra naturã ſunt: Sunt aũt naturæ humanæ contraria tria,

Morbus
Cauſa morbi
Accidens morbum ſequens.

In uniuerſum omnis morbus aut eſt,

Morborũ genera tria.

Mala complexio	Et fit in	Mẽbris ſimilaribus
Mala cõpoſitio		Mẽbris inſtrumẽtal.
Vniõis diſſolutio		Vtriſq;

Morbus itaq; malæ complexionis aliquãdo à ſolo eſt qualitatis uel exceſſu uel defectu, ut ſi uel calor uel frigus in corpore excellat, deficiat autem & humidũ uel ſiccum. Aliquando aũt & ex humoris alicuius abundantia uel defectu, cõplexio morbum cõtrahit: ſicut ſi corpus

corpus abundet, uel melancholia uel phlegmate, mi/nus uero habeat de cholera & ſanguine, aut uice uerſa.
Morbus uero qui eſt ex mala cõpoſitione, aut eſt ex 2

Plaſmatione .i. figura
Quantitate
Numero
Situ.
} Partium corporis

Porrò uni/onis ſolu/tio fit ex
Apoſtemate
Dislocatione
Fractura
Vulnere
Ruptura
Conuulſione
Excoriatione.
} in {
toto corpore
Oſſe
Oſſe
Carne
Venis
Neruis
Cute. 3

Amplius autem omnis morbus aut eſt,
Acutus
Chronicus.

Acuti morbi omnes calidi ſunt, & in XIIII. diebus iu/dicantur, autor Hippocrates: iuniores medici acutos uocant, qui in XIIII. terminantur: peracutos qui in VII. perperacutos, qui in IIII. 2.aph.23 14

Chronici morbi frigidi ſunt & diuturniores. Hippo.6 Epid.lib. part.1 aph.7

Acuti item morbi terminantur κρίσει, & aliquando in alium chronicum permutantur, ut pleuritis in arte/ticam, colica in paralyſim.

Chronici uero quotidiana finiuntur conſumptione.

Criſis quid Eſt atem κρίσις, uelox ac uehemens morbi motus ad ſanitatem aut mortem. Fit autem circa morbi intenſionem ſupremam, id eſt, ἀκμὴν, uel ſtatum.

Tempora morborum Sunt ergo tempora morborum. IIII. obſeruanda.

Principium
Augmentum
Acumen uel ſtatus
Declinatio.

3. prognoſ. aph. 33 Quæ quidem ab Hippocrate ſic diſtribuuntur, ut ſi augmentum ſit in IIII, permutatio fiet in VII. Si augmẽtum in V. & VII. Criſis fiet in IX. uel XI. Si uero in X. augeſcat uſq; diẽ morbus, liberatio cõtinget die XIIII.

2. prognoſ. 60. aph Oportet igitur, inquit idem, medicum diem principij non ignorare, & in qua hora corpus primum cœperit calere, aut rigere, & reliqua. Ex quo adparet neque alia etiam tempora eſſe negligenda. Nam ut paulo mox ille ſubnectit, hinc erunt tibi dies computandi, in quibus eruptiones abſceſſúsue expectabis in præſcripta ab illo tempora. Eſt autem quaternarius dierum numerus in omnibus morbis obſeruandus tanquam ſacer, & qui terminum uel ad ſalutem, uel ad mortem promittat, eodem autore.

Quaternarius numerus

3. prognoſt 3. & 4. aph.

Omnis morbus eſt aut in uentre,

Superiore
Inferiore
Venis

Cuius Criſis fit per

Sputum
Vomitum
Fluxũ ſanguis nariũ
Apoſtemata
Seceſſum
Hæmorrhoidas
Menſtrua
Vrinam.

Fit autem & aliquando Criſis per ſudorem: multi etiã morbi tranſpirant per inſenſibilem euaporationem.

DE COGNITIONE MORBI.

Omnis morbus cognoſcitur aut à ſubſtantialiter in/ 1
hærentibus, ut ſi in compoſitione membrorum quid abundet, aut deſit, aut recto loco non ſitum ſit.
Deinde ab operatione membri læſa 2
A qualitate permutata 3
Ab exeuntibus è corpore 4
A temporibus anni. 5

Cognoſcẽdum autem amplius omnem morbum aut eſſe per eſſentiam, aut per colligantiam ac conſenſum, Per eſſentiam eſt, ſi morbus per ſe in aliquo ineſt mẽbro: per conſenſum uero, ſi ex aliquo membro in aliud propter uicinitatem & colligantiam deriuatur, ut capitis affectio ex ſtomacho: neq; negligendum hoc eſt, morbum aliquem aliquando eſſentialem eſſe, aliquando uero accidentalem tãtum, & comitem aliorũ

Morbus per eſſentiã p conſenſum

morborum:ſic febris plurimorum morborũ accidens
Gal. lib. 14 methodi. eſt,& minime morbus per ſe : ſic etiam accidũt plærîq;
abſceſſus & tumores.

DE COGNITIONE CAVSAE MORBI.

Cognito itaq; per accidentia morbo, ſiquidem ac-
cidens ægroto, ſignum eſt medico, inueſtiganda erit
cauſa, quæ illi fomitẽ ſubdit. Impoſſibile eſt enim cau-
ſa nõ prius ablata morbum curari: ea ergo cognita ad-
hibenda ſunt inprimis uniuerſalia remedia, deinde
etiam peculiaria ſecundũ exigentiam morbi, atq; adeo
ſecũdum præſcriptum doctiſs. Galeni τὸ κατὰ φύσιν, in-
quit, ἀεὶ χρήζει τῶν ὁμοίων. τὸ δὲ παρὰ φύσιν, τῶν ἐναντίων.
Quod uulgo dicunt contraria contrarijs curari, & ſimi-
lia ſimilibus ſibi præbere adiumentum : ſic morbus ex
Hippo. 2. aph. 22 repletione, inanitione indiget, & ediuerſo: qui ex ſiccita-
te eſt, humectationẽ requirit. Sicut & qui à calore, re-
frigerationem, & uice uerſa. Cauendum tamen eſt ne
quid contrariorum abundantius adplicemus, maxime
Repercuſſiua uitanda repercuſſiuorum, ne principali membro uis inferatur.

Quemadmodum autem ſupra diximus, conſeruari
corpus incolume per inordinatum uſum ſex rerum nõ
naturalium : ita quoq; reſtitui poteſt, ſi quippiam de-
perditum fuerit, illorum debita adhibita adminiſtrati-
one. Videndum eſt autem, ut quiſq; ſecundum ſui cor-
poris cõſtitutionem his recte utatur, uel ea natura ex-
hibente, uel arte & induſtria parante, ac primũ quidẽ
uidendũ eſt de aëre.

De

DE AERE I.

Aëris igitur qualitas maxime bona eſſe colligitur, ac uere temperata in uere, poſtea autem hyeme, deinde æſtatis tempore, poſtremum uero in autumno. Id uero non eſt uniuerſim intelligendum conuenire omnibus corporibus: ſiquidē tempus conueniēs cōplexioni ægrotæ, eſt ipſi contrariū. Neceſſe eſt ergo, quum iuſta aëris qualitas non ſit, arte paretur, id quod Plinius ait, Eſt & ipſis ignibus medica uis, peſtilētiæ quæ ſolis obſcuritate contrahitur, ignis ſuffitu multiformiter auxiliari certum eſt. Empedocles & Hippocrates id monſtrauere diuerſis locis, & addit amplius, Adeo in rebus dānatis quoq;, ac iā nullis, ſunt aliqua remedia, ut in carbone ecce & cinere. Emēdat' itaq; aër ad calidita tem & ſuccitatem cum igne ex ligno querneo, lauri, pini, iuniperi, cauſa euaporationis odoriferæ, quæ ex iſtorum exuſtione eleuatur. Amplius autem id præſtant ſuffumigationes Ladani, Thuris, Muſci, Coſti dulcis, Xiloaloes, Sandaracæ, Storacis, Cyperi, Iūci odorati, quem uulgo ex Græco σχοίνῳ ſquinantum uocāt, Sauinæ, & ſimilium quorūdam eandē uirtutē habentiū. *Li.36.ca.ult.* *Aeris calefactio*

Ad frigidū uero commutatio aëris fieri poteſt per conſpſionē aquæ roſarū, uel aquæ puræ tantū cū aceto, uel cū flabello facto uētulo: itē per prohibitionē ignis & caloris ſolis. Præſtat etiam locum ubi decūbit æger, à paucis adiri: incredibiliter em̄ multitudo aërē inficit: *Infrigidatio*

ſternere quoqꝫ locum frondibus, ſalicis, uitis: floribus, frigidis, ut uiolarum, roſarum: fructibusqꝫ, ut pomis ci trinis, arantijs, limonibus mire competit.

Ad humidum uero correctio aëris fit per decoctiones rerum humidarum, ut ſunt arborum frondes, herbæ frigidæ & humidæ, aliaqꝫ huius ordinis finitima.

A longe aërē permutantia. Neqꝫ uero præterierim circa aëris conſyderationem, ea quæ extrinſecus & à longe aëris permutationem faciunt, qualia ſunt, ſtrepitus, ſonitus, clamores quorumcunqꝫ animalium, ut canum latratus, mugitus boum: uel rerum, ut ſonitus tintinnabulorum, percuſſio malleorũ ad incudem, & ſimilium. Sunt enim morbi in quibus iſta omnia remouenda ſunt, ut in comitiali, uertigine, apoplexia. Rurſus in aliquibus neceſſario adhibentur, ut in lethargo & graui dormitatione, uel ſubeth, ac incubo.

DE CIBO ET POTV II.

Circa ciborum rationem conſyderatio habenda eſt, primum bonitatis, deinde mẽſuræ, poſtremum etiam temporis & horæ, quibus maxime conueniens ſit corpus nutriri.

Cibus bonus. Principio igitur cibus bonus eſt, qui bonum gignit humorem, & eſt leuis, aut tenuium partium, quem Græci λεπτομέρη uocãt, ſicut eſt panis ſiligineus & triticius, mundus, recens, bene fermẽtatus, carnes hædorũ, agnorum & uitulorum paruorum lactentium. Ex auibus,

pulli

pulli gallinarum, capones, phaſiani, perdices, piſces petroſi, molles'q; carne. Vinũ uero, bonum habens odorẽ, & ut quæ'q; laudatiſs. eſt apud Germanos ceruiſia.
Malus autem cibus eſt, qui malum gignit humorem, & eſt grauis ac craſſi humoris, à Græcis παχυμερὴς dictus, qualis eſt caro porci, bouis, cerui, ſalita, uetuſta, ſuffita, panis ordeaceus, ſecũdarius, αὐτόπυρος, id eſt cui nihil furfurum deceſſit, improbe coctus, piſces magni, duri, uiſcoſi, uina dulcia, pinguia, nigra, noua, & ut quæque improbatiſs. eſt ceruiſia. *Cibus malus.*
Quod uero ſed menſuram pertinet & quantitatem ciborum, tanto plus minuendum eſt de nutriente, quanto ægritudo magis eſt acuta: & ut morbus uicinior eſt ſtatui ac criſi, tanto plus eſt de cibo minuẽdum, niſi timor ſit ſuper defectu uirtutis. Et ſummatim augmentum morbi requirit diminutionem ampliorem cibi: quanto uero morbus plus decreſcit, tãto amplius corpus nutriendum eſt. In morbis autem chronicis & longis, amplius nutrimentum exhibendum eſt, ut conſiſtere poſſit æger, ac uirtus inſtaurari: quæ omnia egregie & per longum tractauit Hippocrates primo Aphoriſmorum à tertio aphoriſmo uſque ad XVIII. *Ciborum menſura*
Poſtremũ autem, tempus & hora adſumendi cibos requirunt, primum conſyderationem ætatum, ſexus ac exercitiorum. Siquidem ſenes facillime ferunt ieiuniũ uel famem, deinde uero adoleſcentes, minime autem *Cibi tempus.*

pueri & infantes, præſertim q ſunt alacriores. Sexus aũt uirilis ut calidior eſt natura, ita quoq; ampliori nutrimento indiget: deinde fortius exercitij genus tractantes fortioris etiam craſſiorisq; cibi, & multiplicius exhibiti indigent adminiſtratione.

Quod uero ad temporis edendi obſeruationẽ proxime attinet, comedendum ſemper eſt appetitu prius illiciente, neque quum hic poſtulat, cibus differendus. Omnis enim mora illi nociua eſt, niſi ſuſpectus ſit eſſe mendoſus. Quanquam qui mos eſt per uniuerſam ferè Europam, bis in die ſumendi cibum, uidetur multorum corporibus res ualde congrua eſſe: unde ualde noxia res fuit, iam aliquot annis, hactenus tamen, apud plæroſq; populos ieiunij obſeruatio, ac ꝓhibitio eſus carnium, ouorum, ac lacticiniorum, maxime his dieb. quibus nihil magis conueniebat, quàm corpus optime nutriri, quales ſunt quadraginta illi in mediũ ferè Martij ac Aprilis incidentes, perpetuis ieiunijs deſtinati, ut tamen conſuetudo obtinuerit quemq; ueſci ac ſaturari ſemel in die: qua re nihil incommodius eſt, ſiquidẽ credimus ei qui ſcripſit, ſaturari in tempore abundantiæ, & poſtea famem tolerare fortem & diu, peſſimũ eſſe, & uice uerſa, Auicennæ.

Comedere bis in die.

Vltimo ne admonendum quidem fuerat ex ſuperioribus adeo ſatis cognobile, æſtate cõuenire cibos mi-

noris

noris nutrimenti quàm hyeme, autũno quàm uere. Ventres enim hyeme & uere calidiſ. ſunt natura, in his ergo temporibus, cibi plures ſunt exhibẽdi, autor Hippocrates. Cibo inſuper ac potu nimiũ quocũq; etiam tempore expleri, ualde oneroſum eſt ſtomacho, quanquam omnino potu quàm cibo repleri tolerabilius ac minus nociuum eſſe, ex eodem autore didicimus.

1. aph. 15

2. aph. 11

DE QVIETE ET MOTV III.

Vidẽdum autem ex ordine eſt, ut iuſta quietis & exercitij, uel motus ratio corpori præſcribatur. Non uile enim putandum eſt, quod ait poëta, Quod caret alterna requie durabile non eſt, Hæc reparat uires, feſſaq; membra leuat. Sanabitur enim, inquit Auicenna, per quietem, quicunq; calidæ & ſiccæ complexionis, per exercitium notabilem lapſum incurrerit. Conſyderandum eſt autem omnium primo, minime conuenire exercitium corporibus non mũdis, & abundãtibus malis humoribus. Iſtorum enim commotione facta tranſitus patet ad membra ipſa, ut corpori aliquando ingens nocumentum hinc inferatur. Siquidem exercitiũ quanto fortius eſt, tanto uberius calefacit, licet propter reſolutionem, quæ ſequitur calorem, infrigidet & exiccet. Variat tamen hunc exercitij effectum genus materiei quæ exercitio ſubiacet: ſic ars fullonum infrigidat, fabrorum uero ferrariorum calefacit & exiccat propter uim ignis.

Ouidius

3. fen. 1. can. doc. 11. cap. 1

Ratio corporum

Ratio temporum Secundo uero loco temporum ratio habenda eſt. Cõueniẽs eſt enim uerno tempore exerceri iuxta meridiẽ, in loco ſaltem temperato, In æſtate uero ante meridiẽ, *10 Aenei.* uitato meridiano æſtu, maxime quũ Syrius ardor, Ille ſitim morboſq́ ferens mortalibus ægris Naſcitur, & læuo cõtriſtat lumine cœlum: in hyeme autem poſt meridiem, loco tamen prius ignis beneficio tepefacto, ne quid noceat frigus. Amplius autem æſtate ſubtilius, hyeme uero craſſius exercitij genus cõuenit, ut ne altero tempore corpus nimium exoluatur, altero uero ut calor ab internis membris exeratur.

Ratio quantitatis exercitij Poſtremum multitudinis quoq; & quantitatis exercitij habẽda ratio eſt: eius autem indicium eſt ex bonitate caloris, & ex leuitate motuũ, ſi ſunt ſine exæſtuatione, ac exudatione liquida & nimia. Terminus autẽ exercitationis ultimus omnino eſt laſſitudo, & ſi permutatio fit coloris urinæ: omnis autem iſta res ſecun *Exercitionũ genera* dum exercitiorum genera aliam atq; aliam conſyderationem requirit, de iſtis ergo deinceps agemus, ac primum quidem de fricatione.

DE FRICATIONE.

Genera fricationum multa ſunt, & ob diuerſos effe *Fricationum genera.* ctus inuenta: ſic durior extendit, laxat autem mollior, magna & multa macrum reddit: aſpera ſanguinem adtrahit ad exteriora, lenis contra retinet in membro: admouenda igitur ſunt hæc ſecundum corporis diſpo ſitionem,

ſitionem. Laudata enim in tantum res iſta fuit quondam, ut Aſclepiades eam inter quinq; res maxime cómuniũ auxiliorũ ſit profeſſus, autore Plinio & Celſo. Pli.li.26.c.3 Cel.li.2.c.13

Eſt autem & exercitij genus geſtatio, cuius etiã plura genera idem Aſclepiades exhibuit, excogitato lecto penſili, ſupra nauicularum, lecticarum, ac curruum geſtationes. Sub ea autem intelligimus quoq; equitationem, quam coxendicibus utilem eſſe ſcripſit Plinius. *Geſtatio* *Equitatio*

Porrò ipſius fricationis ac exercitij ſpecies magna eſt balneũ, de huius ergo tribus generibus apud medicos receptis uideamus, Primum ergo eorum aëreũ appellatum eſt, quum quis in piſcina uacua ſedet, & bene cooperta, ita ut à uaſe in quo ſunt herbæ decoctæ, per quandam canalem fumus herbarum ad piſcinam deferẽ. Alterũ igneũ uocant, quũ quis ſupra lapides calidos ignitos deſidet ad prolitiendum ſudorẽ, quod fieri ſolet in hydropiſi, tumorib. ac inflationib. maxime pedum. Tertium aqueum eſt, modoq; frigidum, modo calidum adhibetur: ſecundum aquarum autem naturam uarijs modis corporibus prodeſt. Sic balneum aquæ dulcis humectat plurimum, & remollit uehemẽter: non dulcis uero aquæ, corpus deſiccat, maxime ſi ex ſpeciebus terræ mixturam quandam ſit ſortita: ſalſæ enim & amaræ ac ſulphurulentæ aquæ calefaciunt & deſiccant, aluminoſæ & gypſo miſtæ infrigidant, item cum exiccatiõe: balnei autem calidi arte parati opera- *Balneorum ſpecies* *Aëreum* *Igneum* *Aqueum*

tio eſt calefacere ſuo aëre, & humectare ſua aqua, quare uniuſcuiuſq; ratio iuxta corpora eſt animaduertenda: utilitates ac commoda ex balneis prouenientia enumerantur ferè hæc, ſomnus, apertio pororum, reſolutio humiditatum, concoctio, attractio nutrimenti ad circumferẽtiam: ſed non conueniunt omnibus corporibus, neq; morbis omnibus, neq; temporibus. Rurſus nocumenta balneorum ſunt, laxare corpus, impedire neruos, reſoluere calorem naturalem, inducere calorem naturæ contrarium, ſuperfluitates ad membra debilia deferre, deĳcere appetitum comedendi, itemq; coëundi, ut præſtet multos prohibere omnino à balneis: & neſcio an hæ gentes, quæ ab eis in totum abſtinent, habeant corpora noſtris longe ſalubriora, quemadmodum faciunt quædam ad ſeptentrionem, ac occidentales. Illud amplius prætereundum non eſt, pinguibus conuenire balnea ante comeſtionem ac ieiunis: macilẽtis uero poſt adſumptum cibum, facta ciborum aliqua concoctione: ſed de hac re plura apud Hippocratem.

Ex balneo bona

Nocumenta balnei

Li. 5. de ratione uictus aph. 46

Poſtremum, balneum aquæ frigidæ requirit ætatem, uirtutem, ac tempus, ut ſcilicet balneandus non ſit ſenex, nõ laboret ex uomitu, faſtidio, uigilĳs, reumate, & tempus quidem melius eſt æſtatis, hora diei calidiori, ita tamẽ ut uitetur uentus. Solemus etiam poſt balneum aquæ calidæ lauare frigida, propter confortationem

Balneũ aquæ frigidæ

nem caloris naturalis, qui ſic ad interiora repulſus fortius ſe exerit ac extendit.

DE SOMNO ET VIGILIA IIII.

Adſimulatio quidem eſt aliqua ſomni ad quietem, uigiliæq; ad motum, ſed tamen non omnis quies ſomnus eſt, nec omnis uigilia motus, at non econuerſo. De ſomni itaq; primum omniũ utilitate uehementer placet, quod poëtarum omnium alpha Homerus ſentit, maxime ſi fiat poſt cibi & uini iuſtam in corpus ingeſtionem.

νῦν μὲν κοιμήσασθε τεταρπόμενοι φίλον ἦτορ *9. Iliad. ad fi.*
σίτου καὶ οἴνοιο. τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή, id eſt
Nunc dormite bono ſatiati corpora uino
Poſtq; eſtiſq; cibo, hinc uires, hinc robora nobis.

Præſtat enim id ſomnus, ut defectio ſpirituum per uehemens, uel utcunq; conſuetum exercitium facta, rurſus reſtituatur in integrum, & corpus magis reddatur uiuax ac πνευματώδες. Siquidem ſomnus nihil aliud eſt, quàm reditus ſpirituum ad interiora, qui rurſus per uigiliã ſe exerunt, quod Plinius dixit, ſomnus eſt receſſus animi in ſeipſum. *Somnus quid ſit.* *Lib. 10. c. 1. ul.*

Circa ſomni autem rationem conſyderandum eſt medico, quantus & quàm longus, cuiq; corpori conueniat: longior ergo ſomnus conuenit illis qui perfectam concoctionem nondũ fecerunt, ſiue iſtud cõtingat ex eſu mali cibi, ſiue uirtutis alteratricis debilitate.

Mala ex ſomno

At uero quia laxat uirtutem animalem, non conue/nit ieiunis & famem tolerantibus. Repletur enim inde caput fumis ac euaporationibus eleuatis à fœcibus ac ſuperfluitatibus retentis in ſtomacho. Cõtra uero, ui/

Mala ex uigilijs

giliæ nimiæ corrumpũt ευκρασίαν cerebri, debilitãt ſen/ſus, adurunt humores, ac cauſa ſunt ægritudinum acu/tarum, aliquando phrenitidos, maniæ, ac melancho/liæ, quæ ſpecies ſunt delyrij. In hoc ergo negotio uiden

2. aph. 3

dum quantũ ſufficiãt, Inquit enim Hippocrates. Som nus & uigilia, utrum tandem illorum modum exceſſe/rit, malum eſſe.

Tẽpus ſomni

Conſentiunt autem ferè medici, ſomni iuſtam lon gitudinem eſſe tempus ſeptem horarum noctu, nam in die dormire nemo probauit, & mala ex hoc enume/

3. fen. 1. can. 2. doct. 9. ca.

Mala ex ſom no diurno

rat Auicenna ferè hæc, diſtillationes à capite, corrupti/onem coloris, aggrauationem ſplenis, laxitatem ner uorum, deſidiã ad res agendas, proſtratum adpetitũ, apoſtematũ generationem, & febres, & quædam alia, ut præſtet ab illo penitus alienum eſſe: quanquam ad/ſuetis illud facere, non ſubito morem interrumpẽdum eſſe cenſeam, iuxta illud Hippocratis. Ex multo tẽpore

2. aph. 1

cõſueta, & ſi fuerint deteriora, minus tamen quàm in/conſueta nocere conſueuerunt. Porrò formam decu

Forma decubitus.

bitus decet eſſe ſupra latus dextrum primum, deinde ſupra ſiniſtrum, quo cibus primum bene ad ſtomachũ deſcẽdat, deinde uero ſupraiectione epatis cõcoctio

adiuuetur,

adiuuetur: quanquam & ſupra uentrem dormire commodum ſit concoctioni, retinetur enim ſic & augetur quoq; calor innatus. At uero ſupinus decubitus occaſio eſt grauiſſimorum morborum, apoplexiæ, paralyſis, & incubi, grauiſs. certe & moleſtiſs. paſſiones. Cauſa uero horum eſt defluxus ſuperfluitatũ ad poſteriora, ut non poſſit fieri iuſta tranſpiratio ad nares & palatum. Infirmos autem ſupinos decumbere, debilitatis cauſa euenit muſculorum. Alterum enim latus impotens fit ad alterum ferendum, dorſum uero illis fortius eſt: quæ ratio eſt quoque dormitionis aperto ore, propter debilitatem ſcilicet muſculorum conſtringentium mandibulas, propterea ſcribit Hippocrates, bonum eſſe ægrum inuenire iacentem in latere dextro aut ſiniſtro, &c. penitus uidelicet ſupinum decubitum damnans.

Supinus damnatus.

1. prognoſt. aph. 16

DE INANITIONE ET REPLETIONE V.

Debita ordinatio inanitionis & repletionis conſiſtit in recta conſiſtentia, & habitudine quatuor uirtutum naturalium. Siquidem ſi recte habent uirtus attractiua & retentiua, nõ poteſt eſſe ullo aliquo pacto nocens aliqua repletio, maxime ſi ciborum, de quibus ſupra meminimus, rectam obſerues rationem: amplius ſi robur ſuum habent alteratrix & expulſiua uis, non poteſt fieri nociua nimia inanitio, & euacuabitur corpus ſuis oneribus, uel oneroſis humoribus, quales ma-

4. uirtutes naturales

xime neceſſe eſt excerni, uel qualicunq; modo tandem euacuari. Quãdo uero hæ uirtutes læſæ ſunt, ita ut debita inanitio non contingat, ac iuſta repletione corpus non queat nutriri, uidendum eſt quomodo aut nimia inanitio ſiſtatur, aut nimia repletio uel prohibeatur, uel euacuetur. Repletionem itaq; euacuabimus per uomitum, uentris fluxum, fluxum ſanguinis narium, urinam, ſputũ, ſudorem, inſenſibiles euaporationes, quæ nobis neſcientibus ex potentia naturæ contingunt nũquam quieſcentis: fit autem amplius per inciſionem uenarum, ſcarificationem, appoſitionem uentoſarum, ut uocant, uel cucurbitularum, itemq; excoriationem & admotionem ſanguiſugarum. Quòd ſi per iſta iuſtam inanitionem fieri quid prohibeat, ſupplent, & eorum loco ſuccedere poſſunt, exercitium, labor, fricatio, balineum, ieiunium, ſomnus, maxime tempore famis, de quibus ſupra diximus. In his uero omnibus uidẽdum, quantum, quale, & quando conueniat, iuxta ſingulorũ corporum rationem, ac primum quidem uideamus de uomitu.

Modi euacuandi

DE VOMITV.

Vomitum præſtare iuuamentũ ut ſtomachus à materiebus humoralibus euacuetur, autor eſt Auicenna, probatq; uomitũ bis fieri in menſe continuis duobus diebus ex autoritate Hippocratis, nimirũ ut ſecundus dies prioris uomitus reliquias extrudat: uerũ in mul-

1. can. fen. 4. cap. 13

Lib. de inſomnijs.

tis

tis adeo periculũ eſt id facere,quorũ ſcil. pectora ſunt ſtricta & anguſta,ut ſunt aſthmatici, phthiſici,empyi, & qui laborant ex peripneumonia,itemq; mediocriter pingues.Quibus uero cõueniat uomitus,ſunt graciles, & facile uomentes, atq; id conuenit facere æſtate potius q̃ hyeme,inquit Hippocrates.Cauendum tamen eſt,ne eius multitudo ac frequentia ſurditatem inducat,& ne obſit uiſui, & ne pectoris aut pulmonis uenas diſrumpat: facit aũt & ſtomachũ ſentinam & lacunam omniũ ſuperfluitatũ, nocet inſuper dentibus,& offendit antiq̃s dolores capitis, maxime ſi hi nõ ſunt à ſtomacho uel mẽbris inferiorib. ad caput deriuati.

Lib. 4. aph. 5. 7. & 8.

Nocumenta uomitus.

DE SOLVTIONE VENTRIS.

In omni uẽtris ſolutione, ſi contingit quod Hippoc. ſcripſit, ut ſcil. qualia oportet purgari purgẽtur, bonũ eſt, & minimi piculi:ſi uero nõ, malũ eſt & piculoſum: Igitur & tẽporis & regionis, ætatis, atq; etiã ægritudinis rationẽ habendã admonet idẽ,in quibus ſcil.cõueniat aut nõ.Sub cane.n.& ante canẽ moleſtæ ſunt purgationes, & conueniẽtior quidẽ tũ temporis eſt uomitus eodẽ autore: rurſus hyeme p̃ſtat euacuari corpus inferius, nimirũ omnib. ſuperfluitatibus deĳciẽtib.tũ ſe,quæ æſtatis & caloris ui repũt ſurſum:& regiones q̃dẽ Auſtrina & Borealis, altera ob uehementẽ calorẽ, altera ob dẽſiſſimũ frigus ſolutionẽ uẽtris nõ reqrũt: quum quæ intermediæ ſunt, maxime calidæ & humi

Lib. 1. aph. 2.

Eodem loco. Tempus

4. aph. 6

Regio.

Complexio dæ, ea ualde habeant neceſſe: ſicut quoq; complexione humida & calida nulla magis eſt ad ſolutionem uen- *Aetas* tris apta. Vnde ætas quoq; iuſtam augmenti perfecti- onem quæ nõdum eſt adſequuta, ab ea prohibet. Ne- *Virtus* que uero negligenda eſt ratio conſiſtentiæ uirtutis, ne ex ea nimium reſoluatur: interdum etiam ad λειποθυμίην *1. aph. 22* id eſt defectionem animi, uſq; educere oportet, & hoc, ſi ſufficiat ægrotus, propterea morbus ipſe conſyderã- *Morbus* dus eſt, quam euacuationem requirat. Quocũq; enim natura maxime repit, inde ducere oportet per conueni *1. aph. 22* entes regiones. Iam ſi fieri omnino debere euacuati onem cenſes per uentris uidelicet ſolutionem, lene ſem per digeſtiuum, ut uocant, ſeu maturatiuum præmit- *1. aph. 25* tendum eſt, iuxta illud. Concocta medicari oportet, & mouere nõ cruda, neq; in principijs, niſi ſint furioſa, uel ualde tumentia, hoc eſt niſi morbus indutias non det, *4. aph. 10* quales ſunt quos idem uocat ualde acutos, ut ſunt an- gina, ſynocha febris, & colica, in qbus expedit eadẽ die medicari, differre enim in talibus malũ eſt. Videndũ ergo primum eſt quum uentrem ſoluere uelis, ut debi- ta illorum humorum præcedat maturatio, quos educi oportet: deinde ſequatur uentris ſolutio: poſtremũ ue- ro, reſiduæ materiei conſumptio.

DE VRINAE PROVOCATIONE SAN- guiniſq; ex naribus prolectione, deq; ſudore ac ſputo.

Oppi-

Oppilationes quæ cōtingunt ex repletione & abundantia humorum circa epar, rhenes, & ueſicam commode reſoluuntur per ea quæ prouocant urinam: prouocatio autem urinæ amplius utilis eſt his, qui laborāt è lapide ſiue rhenum ſiue ueſicæ, ſiquidem ea ſimul exhibeas commixta, quæ eum minutatim & frangunt & extrudunt.

Sanguinem uero è naribus effundi magnum iuuamentum præbet cerebro oppilato, itemq́ꝫ uirtutibus animalibus, liberat etiam à catarrho & diſtillationibus à capite, ac uias emunctoriorum cerebri aperit: ſolitus fuit etiam Galenus hunc tāquam certiſſimum ſignum perfectæ κρίσεως & liberationis ægri prolicere. *Fluxus ſanguinis ex naribus* *Gal. lib. de Criſib.*

Sudoris autem prouocatio apte fieri poteſt in morbis intercutaneis, ac primo quoque ſenſu generationis apoſtematum, maxime ἐπιδημικῶν, antequam ſcilicet perfectam collectionem fecerint, ſicut fieri poteſt ut ſentias in peſte, σκίῤῥῳ uel σκληρῷ, & bubonibus, quæ ſunt apoſtemata inguinum ac circa pudenda. Sputi poſtremum non negligēda inanitio eſt, ſiquidem per eius eiectionem pectus mundificatur: quādo uero ſputum aliud nihil eſt, quàm humiditates ſuperfluæ à cerebro ad pulmonem delapſæ, hæ ergo ſi tenuiores ſunt, ut non queant commode per palatum eijci, inſpiſſari poſſunt per uiolarum ac papauerum ſyrupos, ne pectus nimia ſua multitudine obducant, quæ res tamen & *Sudor* *Sputum.*

per aliqua alia fieri poteſt, ἀποφλεγματισμοὺς Græci uo-
3. prog. 45 cant. Sed plura de ſputi cóſyderatione apud Hippoc. inuenies.

DE PHLEBOTOMIA.

Phlebotomiæ autem ea utilitas eſt, ut non ſolum multitudinem, uerum etiam malitiam ſanguinis emẽdet, & ualde expedit illos ea uti, qui ægritudinib. quibuſcunq; tandem facile fiunt obnoxij, atq; eos quoq; qui ægritudines iam inciderũt: uerum de ea nihil amplius dici poſſe contenderim, quàm quod grauiſs. in re medica cenſor Galenus ſcriptum reliquit, κάλλιστον μὲν οὖν, inquit, ὡς εἴρηται φλέβα τέμνειν, οὐ μόνον ἐν τοῖς συνόχοις πυρετοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς ἐπὶ σήψει χυμοῖς, ὅταν γε ἤτοι τὰ τῆς ἡλικίας, ἢ τὰ τῆς δυνάμεως μὴ κωλύῃ. κουφισθεῖσα γὰρ ἡ διοικοῦσα τὰ σώματα ἡμῶν φύσις, ἀποθεμένη τε τὸ βαρὺ, οἷόνπερ τι φορτίον, ἐπικρατήσει τοῦ λοιποῦ ῥᾳδίως, ὥστε καὶ πέψει τὸ πεφθῆναι δυνάμενον, ἐκκρινεῖ τε τὸ δυνάμενον ἐκκριθῆναι, ἀναμνησθεῖσα τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν, id eſt, Optimum itaq; ut dictum eſt, eſt uenam incidere, nõ ſolum in ſynochis febribus, uerũetiam alijs omnibus putreſcentibus humoribus, ſi ſanè id neq; ætas, neq; debilitas uirtutis prohibeat, exonerata enim ſic ea, quæ corpora noſtra gubernat, uirtute, quum uidelicet grauitatem, tanquam onus aliquod ingens depoſuerit, dominabitur his quæ remanent facilius: quare & melius cõcoquet ea quæ concoqui debent, excernetq; quæ debent excerni, omnino officiorum propriorum memor. Vnde adparet in omnibus febribus ac morbis ex reple

Terapeu. method. lib. 9. & 11

tione aut abũdantia ac obſtructione malorũ humorũ ſaluberrimam eſſe phlebotomiam, & hoc tamen corpore prius leuiter purgato, ex autoritate Hippocratis, ut indicat Auicẽna, niſi fortè ſolutionẽ facere intendas per ueratrũ, tum ſane phlebotomia eſt præmittenda. *4. reg. acut. aph. 17. et 18*

Eſt autem phlebotomia duplex, altera diuerſiua ab uno latere in alterũ, quæ antiſpaſis Hippocrati & Galeno dicitur: altera uero eiuſdem lateris eſt, & proxime materiam euacuat, quam probat Hippocrates cũ ait, ὀδυνέων τὴν ἐγγύτατα κοιλίην καθαίρειν, αἵματος δὲ κοιλίην διαιρεῖν, hoc eſt dolori proximum uentrem purgato, ac ſanguinis uentriculum aperito: & alibi, τέμνειν χρὴ ἐν τῷ βραχίονι φλέβα τὴν εἴσω ἐφ᾽ ὁκότερον ἂν ᾖ ἡ ὀδύνη τῶν μερέων κατὰ τόδε, hoc eſt, incidere oportet in brachio internam uenam in eo latere, quod dolore fuerit adfectum. Et ſanè experimentum docet eiuſmodi uenæ propinquæ dolenti loco inciſionem eſſe ualde ſalutarem in principijs abſceſſuum ἐπιδημικῶν, σκίῤῥων καὶ βουβώνων. *Lib. 1. fen. 4. cap. 4* *6. Epi. part. 6 aph. 5* *4. regim. acu aph. 68*

Multitudo emiſſionis ſanguinis

De multitudine autem extrahendi ſanguinem, conuenit ut quanto melior exit, eo citius reſtringatur, quo uero peior exierit, eo longius ac diutius fluere ſinas. In aliquibus ad animi defectum & λειποψυχίην uſque extrahendum eſt, ut in febribus ſynochis, quæ ex ſola obſtructione fiunt, & in ea quæ ex putredine eſt, συνόχῳ. Amplius autẽ & in apoplexia ſanguinea, itemq́ angina, alijsque apoſtematibus magnis & fortibus

doloribus,animaduerſione tamen habita ſuper uirtute,quæ ſi non ſatis reſpondeat, tutius eſt primum modica,& quãta ſatis uiſa fuerit, detractione facta rurſus inciſionem iterare.

DE VENTOSIS SEV CVCVRBITIS.

Scarificatio. Ventoſæ ſeu cucurbitulæ,quas Græci σικύας uocãt, corpus quoq; exinaniunt, ſine ſcarificatione quidẽ flatus,& uentoſitates,ſi cum flamma copioſa admoueantur,cum ſcarificatione autem amplius humores ipſos, & ſanè ad omnes effectus ſunt fortiores cum ſcarificatione. At uero ut magis ex profundo cupis attrahere, ita fortius ac profundius eſt ſcalpellum impingẽdum. *Hippo.li.5 aph. 51* Faciũt autem ad diuerſionem quoq; appoſitæ ſine ſcarificatione,maxime fluxus menſium,ſi ad mãmas adponas, & ſanguinis narium, ſi ad præcordia defigas: quãquam & in aliis quibuſuis ſanguinis fluxibus Galenus earum uſum adprobet, ut ad cõtrarium reuulſio fiat.Quinetiam mẽſes euocari per earum ad pubem *Li.13. meth. Therap.* adpoſitionem tradit,ac in occipitio defixas, oculorum fluxiones auertere.

Sanguiſugæ. Eundem autem inanitionis uſum præbent hyrudines & ſanguiſugæ, ſed tamen ex longinquo magis, ac fortior per eas fit attractio,quã per cucurbitas: cauendum tamẽ eſt ne uenenoſas adponamus,quales ſunt, capita habentes magna,nigræ,uirides,obſcuræ & colore antimonij.

Atq;

Atque hi ferè ſunt modi inanitionum & euacuationum, quanquam de quo deinceps uidebimus, coitus quoque uehemens inanitionis ſpecies exiſtit, de eo ergo dicendum.

DE COITV.

Coitus ſanè naturalis. totius naturæ opus, plurima habet in ſe iuuamenta & commoda, ſicut contra multorum malorum autor eſt his qui eo nimium utuntur:
eius igitur rectus & moderatus uſus, primũ id præſtat, *Coitus*
ut corpus ſuperfluo iſto ſeminis humore exoneretur, *commoda*
quo uirtus naturalis uegetior fiat ad exercẽdum uires ſuas, maxime in corporibus, fortibus, iuuenibus, ac ad
coitum adſuetis. Leuat deinde etiam autore Hippocra *Epide. li. 6*
te morbos à phlegmate & pituita obortos, καὶ κατάῤ- *par. 5*
ῥους εἰς τὰς ῥῖνας τιμοχάρει ἀφροδισιάσαντι, idem inquit, ἐξη- *aph. 25* *Epidem. li. 5*
ράνθη. Placet autem Cornelij Celſi uerba adſcribere. Cõ *ac 7*
cubitus, inquit, neq; nimis pertimeſcendus eſt, neq; nimis concupiſcendus, rarus corpus excitat, frequens ſoluit: idẽ interdiu peior eſt, noctu tutior, ita tamẽ ſi neq; illum cibus, neq; hunc cum uigilia labor ſtatim ſequitur: adijcit amplius, hyeme Venus nõ æque pernitioſa eſt, uere tutiſſima, nec æſtate nec autumno utilis, tolerabilior tamen autumno: æſtate uero ſi fieri poteſt, in totum abſtinendum eſt.
Nocet autem præcipue oculis, *Coitus*
quorum naturam aqueam exiccat, cerebrum quoque *nocumenta*
arefacit, ſiquidem ſeminis plurimã partem inde proflu

Libro de aëre & aqua ere autor eſt Hippocrat. Obeſt etiã pectori, pulmoni, ſtomacho & hepati, generat melãcholiã, ſenectutẽmq́ ac mortem adcelerat, ut non temere Hippocrates eſſe coitum, leuem morbum comitialem dixerit, & Pythagoras eo tamẽ utendũ eſſe reſpõderit, quũ quis ſe ipſo infirmior fieri uelit. Vnde ſanè magno mortaliũ bono, olim adagio uulgato etiã iactatum eſt, tria ſaluberrima eſſe, τροφίης ἀκορίην, πόνων ἀοκνίην, καὶ σπέρματος τῆς οὐσίης σωτήρησιν, id eſt, Veſci citra ſaturitatem, non refugere laborem, & naturæ ſemen conſeruare.

DE ANIMAE ACCIDENTIBVS SIVE affectibus. VI.

Vltimo tandem loco ponuntur inter res non naturales, à medicis uocata animæ accidentia, Græci πάθη, id eſt, adfectiones uocant, qbus quoq; aliquãdo corpora noſtra aut ſuauiter adficiuntur, aut læduntur moleſte, adeo ut ex illorum ſubito impetu corpora conſternata repẽte animam exhalaſſe hiſtoriјs traditum ſit, qualia *Gaudium* ſunt gaudium, quo ſubito allato expiraſſe duas mulie*Ira* res tradidit Valerius. Deinde ira, cuius quanta uis ſit, uel inde palàm fit, quod quoſdã ira cõcitatos, quaſi attonitos, ac extra ſe poſitos uidemus, inde ſunt aliquando grauiſs. morbi, apoplexia, paralyſis, ſpaſmus, articulorũ maxime ac totius corporis tremor. Neq; uero pa*Terror* rum mali ex terrore aliquo uel timore corporibus acci*Timor* dit, ſiquidẽ ſyncopen ac comitialem morbũ aliquibus accidiſſe

accidiſſe compertũ habemus:ſicut cõtra in quibuſdam inſaniæ generib. perterreri ac expaueſcere prodeſt. Mœſtitia uero ac animi angor, non modicam uim corporibus faciunt, cogitationeſq; præſertim grauiores, inducunt enim inquietudinem ac uigilias, unde ſenſuum læſio eſt, & totius corporis robur imminuitur. Quare moderatus habitus ad eiuſmodi omnes animi adfectiones corpori ualde ſalutaris eſt: uerum de his hactenus, iam inde ad morbos tranſeamus. *Triſtitia* *Cogitationes graues*

DE MORBIS HVMANI CORPORIS in medicorũ libris uulgatis ac deſcriptis.

Habita iam rerum naturalium, nõ naturalium, ac earum quæ præter naturam ſunt cognitione, uidebimus deinceps de morborum generibus, ut in eorum ordinatam digeſtionem, poſtea amplius herbarum, ac ſimplicium medicinarum uirtutes ac effectus debito modo queant ordinari, qua in reputatione, ut Plinij uerbis utar, miſereri ſortis humanæ ſubit, & præter fortuita caſuſq; & nomina, quæ omnis hora excogitat, ad millia morborum ſingulis mortalibus timenda. Qui grauiſſimi ſunt ex his diſcernere, ſtultitia prope uideri poteſt, cum ſuus cuiq; ad præſens quiſque atrociſſimus uideatur, hæc ille. Verum nos in iſta re nudam cognitionem, quæ ſane per nomen ipſum contingere poteſt, adponemus: ut leuis ſaltem aliqua cognitio tot malorum nobis contingat. Nam in uniuerſum *Lib. 25. cap. 3*

ſingulos

ſingulos morbos uel noſſe,uel numerare poſſe,rē adeo difficilem putauit Satyricus poëta ut exclamarit,

Circumſilit agmine facto.
Morborum omne genus ,quorum ſi nomina quæras
Promptius expediā quot amauerit Hippia mœchos,

Prouerbiali nimirum ſchemate indicās infinitam, tot malorum multitudinem. Pergemus itaq; nos ordine litterario,non integre tamē ſeruato,quum commode id fieri non poſſit , aliquot eorum nominare, quos ſaltem Græci & Latini medici cognitione aliqua ſunt adſequuti,ac in libris ſuis expreſſerūt , ac primum quidem ponemus apoſtemata,

Apoſtemata latini uocāt abſceſſus, & ſunt collectiones ulceroſæ,eorū quatuor genera iuxta quatuor humores medici fecerunt.

1 φλεγμοναὶ inflationes,uel inflammationes cum tenſione ex ſanguine abſceſſus ſunt.

2 ἐρυσίπελας abſceſſus ex bile flaua, in quacunq; cor-
3.prog.20.et poris parte cōtingat,nam & in matrice, & in ceruice τὸ
5.aph.43. ἐρυσίπελας Hippocrates habet,ac in plæriſq; aliȷs locis, uerterunt etiam latine Eryſipelas quidam, quanquam Caluus,puſtula rubra ferè adȷ̇cit,tāquam ſit ἐρυσίπελας idem quod ἐρυθρόπελας , quā uocem adnotauit in morborū nominib. Iulius Pollux,ſignificare puſtulā rubrā cum dolore ac inflammatione , aliquando etiam cum ueſicis paruis obortam : quidam etiam ignem ſacrum

uerterunt,

uerterunt, quum tamen manifeſte ignem ſacrum diſtinguat ab Eryſipelate Auicenna & Celſus: putaui aliquando legendum ἐρισήπελας uel ἐρισηπεδὼν, ut ſit quaſi ualde putreſcens, ab ἐρι, particula intenſiua, & σήπω putreſco. Galenus certe exulceratum Eryſipelas, eiuſ- Li. 14. meth.
dem generis cum herpete eſthiomeno eſſe dicit, ut nó temere ignis ſacer Eryſipelas exulceratum eſſe credat.

κῦμαι ex phlegmate abſceſſus ſunt, ac quaſi in- 5
undationes ſeu æſtus dicti, ut quidam latine undimias ex Græco uerterit, uocat autem eos ipſos Gale- Li. 14. & li.
nus οἰδήματα, œdemata, tumores laxos citra dolorem. 2. methodi et

σκιῤῥοὶ καὶ σκληροὶ, abſceſſus & tumores duri ex craſ- nuſquam non
ſiſs. humore melancholico, tactum uix ſentientes: ſo- 4
lent autem aliquando phlegmonæ in eiuſmodi durities tranſire, atq; aliquando non recte curatæ, quaſi lapideſcere. Porrò Galenus ex iſtorum abſceſſuum permixtione plures ſpecies facit, ſicut Eryſipelas phlemonoſum, uel phlemonen Eryſipelatoſam, ſi cum cholera ſanguis magis in apoſtemate permiſceatur; Eryſipelas Oedematoſum, ſi cũ cholera phlegma: Eryſipelas ſcirrhoſum, ſi utriuſq; choleræ permixtio in abſceſſu contingat, conſule ergo autorem.

Achor ἄχωρ, capitis ulcus, ſquamas inſtar furfurum habens.

Ἀκροχορδών, uerruca, earum aliquot ſpecies ſunt, thy- Thymium
mium, à colore floris thymi: μυρμηκία à formica nomẽ Myrmecia.

Clauus habet, altius hæret, ac ſummæ cuti ferè æqualis eſt, clauus à ſimilitudine claui: hos uulgo porros nominant, Germanis huneraugen.

Αἱμοῤῥαγία, profuſio ſanguinis undecunque fluat.

Αἱμοῤῥοΐς, hæmorrhois, fluxus ſanguinis ex capitibus uenarum in ambitu ani, non temere reſtringendus, quum natura ſuperfluitates ſuas iſthac expellat.

Ægilops, Αἰγίλωψ, oculi uitium, & circa angulum lachrymalem, ut uocant, fiſtula.

Ἀλφοὶ, Alphi, roſiones ſunt cutis, macula alba, impetigo, uitiligo, & λευκὴ, eiuſdem ferè generis exiſtunt.

Ἀμβλυωπία hebetudo & obtuſitas uiſus.

Angina σαυάγχη, fauciũ morbus ac tumor, eius ſpe-

3. prog. 17 cies quatuor facit Hippocrates: Celſus uero tres tantũ ſingulisque ſua nomina tribuit, σωάγχην primam nominans, ὡς σωάγχην alterã, tertiam παρασωάγχην, aliqui συ-

Synanche νάγχην & κωάγχην, anginæ ſpecies faciunt, alteriusque no-

Cynanche men à ſue, alterius à cane ducunt, quod apud peritos medicos non uideo receptum.

Ἀνεύρισμα, impotentia neruorum, cum ob alias cauſas tum ob male curatum uulnus accidens, quod carne impletum non eſt.

Ἀνορεξία, deiectus adpetitus comedẽdi, ἀποσιτίην Hip-

Li. 4. aph. 17 pocrates uocat,

Ἀλωπεκία, alopecia, caſus capillorum, à uulpe nomẽ habens, qui eo item morbo laborat.

Ἀθερώματα atheromata, tubercula capitis atq; colli, quod ἀθέρων, id eſt ſpicarum quædã ſimilia in ſe concludant, Celſus tenuem pulticulã ἀθέρων nomine intelligit. *Atheres* *Atheræ*

Ἀγκυλόγλωσσοι ancyloglosſi, quibus linguæ inferior mẽbrana ligata eſt, quapropter male pronunciant, curui lingues dicere posſis.

Aphthæ ἄφθαι, in labris ſcisſuræ ac exulcerationes pueris ac nuper genitis plurimum incidentes, autor Hip. *Li.3.aph.27*

Apoplexia ἀποπληξία, ſtupor attonitus latine dicit᷑, itẽq; ſyderatio ex Græco ἀστροβολισμὸς, Hip. σφακελισμὸν nominare uidet᷑, ὁκόσοισι, inquit, σφακελισθῇ ὁ ἐγκέφαλος. i. quibuſcũq; cerebrũ carie corruptũ eſt, σφακελὸν enim cariẽ & ex apoſtemate uel uulnere putredinẽ uocat Gal. *7.aph.50* *Li.4.& 6 meth.& de locis aff. 2. cap.2*

Aqua intercus, ὕδρωψ, καὶ ὑδρόπισις, tres eius ſunt ſpecies, ὑποσάρκη ſubtercus, τυμπανίτης uẽtoſa uel ſicca, ἀσκίτης ab utre, id eſt, aquoſa.

Arcuatus morbus regius, à ſimilitudie arcus cœleſtis

Ἀρθρῖτις, articulorũ morbus, uulgo artheticã uocãt, genus eſt ad omnes morbos neruorũ, ſpecies autem ſunt σπασμὸς ſpaſmus, quũ tẽſio fit in uno aliquo mẽbro, ut in manu, & uocatur χειράγρα: uel in pede, & eſt ποδάγρα: uel in uertebris & coxendicibus, & uocat᷑ ἰσχιάς. Quòd ſi morbus latus integrũ occupet, παράλυσις dicitur, uniuerſa autẽ corporis plaga ἀποπληξία eſt: eius item ſpecies ſunt πρότονος, ἐπίτονος, τέτανος ſecundũ locum membrorum diſtenſorum ac tortorum adpellatæ. Sicut etiã ἐμπροσθότονος καὶ ὀπισθότονος eadem ratione. *Spaſmus* *Chiragra.* *Podagra* *Iſchias* *Paralyſis* *Apoplexia.*

Aſthma, ἆσθμα, anhelitus & ducendi ſpiritum difficultas.

Ατοκία, ſterilitas.

Ατροφία, quum corpus ex cibis adſumptis non nutritur tamen.

Aurium morbi maxime noti, ὠταλγία, dolor, aliquando ex ulcere uel apoſtemate, aliquando ab extrinſeca re, quem ſequitur βαρυηκοία, id eſt grauitas auditus. Accidunt autem & ſonitus ac tinnitus auribus, itemq; ſordes & repurgamenta cerebri, quæ auditum quoq; grauiorem reddunt, Græci uocant κυψελίδας.

Hippo. 3 aph. 19

Cyp'elides

Bilis atra, μελαγχολία, ſpecies delyrij eſt, quæ ex eius humoris abundantia ſolet oriri.

βράγχος defluxus à capite ad βρόγχιον, id eſt τραχεῖαν ἀρτηρίαν, hoc eſt aſperam arteriam, & deinde ad pulmonem, latini raucedinem uocant, aliàs βράγχια ſunt, quibus piſces natant pinnulæ.

Hippo. 2 aph. 40

βρογχοκήλη, tumor gutturis.

βουβών bubo, abſceſſus circa pudéda, quæ & ipſa bubones Græcis dicũtur.

βουβωνοκήλη, inguinis ramex ſeu uarix.

βουλιμός, fames uaccina dicitur, quum membrorum magna ſit inanitio, cum ſtomachi tamẽ faſtidio & ἀνορεξία. βου, extenſiua particula eſt, licet aliqui bouem per eã intelligant.

Caninus adpetitus eſt, quũ quis cibum præter modum

dum adſumit, ac uentriculi ore deuoratorum pondus ſuſcipere non potente, paulopoſt euomit ac deijcit, cuiuſmodi adfectus in mulieribus ſecundo ac tertio à cóceptu menſe contingere uidemus, quæ aut canum more, aut nullum, aut plane peſſimum adfectāt cibū: morbus is autē κίττα, id eſt pica latinis dicitur, & malacia. *Gal. 5. & 6 loc. affect.* *Pica* *Malacia*

Calculus, uel calculoſus adfectus, λιθίασις, grauiſs. ac acutiſs. eſt, qui in uijs urinæ naſcitur, deinde qui in ueſica ac rhenibus.

κωλική, colica, dolor eſt ex uentoſitatibus retentis cū nauſea, in inteſtinis inferioribus ac craſſioribus, utpote colo, monoculo uel cœco, ac recto ſeu longo. *Tria inteſtina inferiora.*

κοιλιακοὶ cœliaci, uocantur qui aluum induratam habent, quæ nihil reddit, ac ne ſpiritum quidē tranſmittit.

Cardiaca paſſio, καρδιακή, cordis tremor, uel potius oris ſtomachi dolor & punctura, quod καρδίαν tum ab Hippocrate, tū à uetuſtioribus omnibus nominari ſcribit Galenus, propterea quod per conſenſum utrunque membrum uiciſſim adficiatur: uocatur autem ab Hippocrate idem affectus καρδιωγμός. *καρδία, os ſtomachi* *Li. 5. de loc aff. & 6. de ſani. tuen.* *4. aph. 17*

Carbunculus, ἄνθραξ, tumor ex humore melancholico, craſſo & feruente natus, aliquando cum puſtula, aliquando cū pluribus inſtar milij ueſicis, cum magna inflammatione & rubedine, nigredine permixta, unde ei nomen. Eius generis ſunt & formicæ miliares dictæ Auicennæ. *Formica miliaris.*

Cancer, καρκῖνος, Græcis à ſimilitudine ad animan tem dictus, morbus eſt ex humore melancholico cum duricie & inflammatione, idem & καρκίνωμα, id eſt, carcinoma adpellatur.

Carcinoma

κατάρρους, Catarrhus, defluxus à capite ad fauces.

κορύζα, defluxus ad nares, latinis grauedo dictus.

καχεξία, Cachexia, malus corporis habitus, inducẽs in quibuſdam ictericiam, in aliјs hydropiſim, in quibuſdam etiam pthiſim.

κεφαλαῖα, capitis dolor cũ horrore, uomitu, ac mẽtis alienatiõe, aliquãdo inualeſcẽs, maxime peſtifer.

κεφαλαλγία, dolor capitis, ſed debilior ꝙ in cephalæa.

καρυβαρία, grauitas capitis eſt, ex multa repletione maxime Auſtro flante accidens, apud Hippocratem.

5. aph. 19

Chironeum ulcus, ſpecies eſt canceris, quod Chirone medico indigeat, dictum.

κιρσός καὶ κριξός καὶ κιρσοκήλη, uarix, ſeu ramex & uenarum ſcroti, atque etiam circa ſuram tumor.

Cholera, Græcis χολέρα adfectus eſt quo flaua bilis & ſupra per uomitum, ac infra per ſeceſſum erũpit.

Comitialis morbus, conuulſio totius corporis eſt, ex temporum quibuſdam interuallis accidens, Græci ἐπιληψίαν uocant, à mentis ac ſenſuum oblæſione: uocatur autem & ἱερὰ νόσος, id eſt, morbus ſacer, maior, herculeus, lunaticus, παιδικός, id eſt, infantilis ſeu puerorũ morbus, quod illis peculiaris ſit uſque quo ad pubertatem

Epilepſia

tem

cem accedant, autore Hippocrate: dicitur autem & di uinatio, quod uideantur quaſi numinis uim pati, qui eo adficiuntur. 4. aph. 30

κονδυλώματα, Condylomata tumores ac nodi, circa ſupremos digitos frequentius accidētes.

Dentium dolor ὀδαλγιών, καὶ ὀδονταλγία, ab Hippocrate οὔλων ὀδαξυσμὸς dicitur, unde factū puto, quod ſenſum dentibus quidā ademerunt, atque dolorem cū in gingiuis ac neruis eſſe iudicarunt, ſiquidem οὖλα carnes extrinſecus dentes circumdantes, ac ἔνουλα carnes quæ intrinſecus dentes circumdant, eſſe ſcribit Pollux: quāquam οὔλων ὀδαξυσμοὺς ſcio gingiuarum pruritus ab aliis interpretari, ſed hi tamen ſine dentium dolore non contingunt. Eſt & hæmodia dētium, id eſt, ſtupor, ab acidis & auſteris cibis cauſſatus. 3. aph. 27 ὀδαξυσμὸς Hæmodia

Δύσπνοια, difficultas ſpirandi.

Δυσουρία, difficultas emittendi urinam.

Διαβήτης, diabetes, urinæ profluuium, ac impotentia eam retinendi, quippe quum id quod potatum eſt, ſic crudum ac nihil à qualitate ſua immutatum redditur, uocatur & δίψακος Græcis, à bibendi cupiditate qua adficiuntur, qui huic malo ſunt obnoxii. διψακὸς

Ελεφαντίασις, morbus ex humore melancholico, quo corpus multis maculis ſquamiſque induratum deformatur, ad modum cutis elephantis, ſpecies autem lepræ eſt.

ἐμπύημα empyema, ſuppuratio thoracis, in medio ſpatio inter pectus & pulmonẽ, ſolet maxime ex pleuritide in quatuordecim diebus non purgata oriri, au-
5. aph. 9 tore Hippocrate.

ἐπινυκτίς, puſtula in eminentioribus corporis partibus, ferè & noctu enaſcens, unde nomen.

ἐφιάλτης, latinis incubus, inſultor, à uerbo ἐφάλλομαι, grauiſs. eſt adfectus, quo quis ſe putat grandi mole noctu opprimi, præambulo eſt aliorum morborum, comitialis, paralyſis & apoplexiæ, Græci uocant etiam πνιγαλίωνα.

ἐπιληκτικοὶ ſunt, qui patiuntur die, quod qui incubo premuntur noctu: fit autem in eis diſtẽſio ac grauitas totius corporis.

Hepatici ἡπατικοὶ, qui ex hepatis laborant adfectione uel diſcraſia ac imbecillitate.

Hernia, & eius ſpecies ἐντεροκήλη, latinis hernia, morbus eſt quum inteſtina delabuntur in ſcortum, quod Græci ὄσχεον dicunt, uocatur autem & ἐπιπλοκήλη, itemq́ ὑδροκήλη, κιρσοκήλη, ac σαρκοκήλη ſecundum uariarum adfectionum in teſti-
Li. 7. cap. 18 culorũ tunicis diſcrimina, Latinis, ut inquit Celſus, nõ ſatis cognita.

Eructuatio, ὀξυρευγμία, prouenit à mala cõcoctione ci-
Acetoſa borum, & eſt duplex, acida, cuius cauſa frigiditas: fu-
Fumoſa moſa, à cauſa calida eſt.

ἕρπης ἐσθιόμενος herpes eſthiomenus, ulcus eſt à ſer-

pẽdo

pendo & corrodendo uſq; ad oſſa etiam dictum: fieri ſolet ex alio quod θηρίωμα Therioma Celſus uocat, Galenus cum exulcerato Eryſipelate eiuſdem generis eſſe dicit. *Therioma*

Eſcharas, ἐσχάρας, ulcera eſſe caua & profunda, ait Suidas, Celſus uero cruſtam ac corticem apoſtematū ac ulcerum eo nomine deſignari dicit: ſic etiam uſurpat Galenus, Hippocrates autem κέλυφα, aliquando etiam λεπίδας uocare cruſtas uidetur. κέλυφα λεπίδες

Febris πυρετός, eſt calor extraneus accēſus in corde, procedens ab eo mediantibus ſpiritu & ſanguine per arterias & uenas in totū corpus, nocens operationibus naturalibus, ita ut corpus actione ſua probe perfungi non poſſit.

Febrium genera tria ſunt, 3

Ephemera, ἐφημέρα, id eſt diaria, eſt in ſpiritibus, durans unum ſaltem diem, & niſi commode tractetur, facile in duo reliqua genera tranſit. 1

Putrida, ἐνσηπεδών, eſt in humoribus primis quatuor, ſanguine, cholera, phlegmate, & melancholia. 2

Hectice, ἑκτική, eſt in membris ſolidis & radicalib. & in conſumptione quatuor humiditatum ſecundarū, Innominatæ, Roris, Cambij, Glutinis: atq; ſic ex cuiuſque conſumptione quatuor eius genera exiſtunt. 3

Febris ex ſanguine ſpecies prima eſt, σωνεχής, ſynocham uulgo etiam medici uocant, id eſt cōtinua infla- *De febriū putridarū ſpeciebus.*

tiua

tiua, peccat in quanto,id eſt, ſanguinis multitudine & obſtructione abſq; putredine, cui miſſione ſanguinis, ne in putredinis febrem incidat, optime poſſe ſubueniri docet Galenus. *Lib.9.meth.*

Altera ſpecies febris ſanguineæ eſt σωόχος ſynochus, id eſt continua, concluſa, ex putrefactione ſanguinis, eius ſpecies tres ſunt.

1 Ἐπακμαστικός, epacmaſtica, quæ quotidie augetur.

2 Ἀκμαστικός acmaſtica, quæ æqualiter adfligit, unde & Græcis ὁμότονος dicta.

3 παρακμαστικός, paracmaſtica, quæ quotidie decreſcit.

Febres cholericæ

Febris ex cholera uocatur tertiana, τριταῖος, quæ intermiſſo uno die adfligit infirmum. Eius ſpecies tres ſunt.

1 περιοδική periodica, interpellata, & eſt ex cholera extra uenas putreſcēte, quæ de tertio in tertium diem manifeſte adfligit, & eſt duplex,

Pura, fit ex cholera pura, extra uenas putreſcente.

Non pura, fit ex cholera non pura, extra uenas putreſcente.

2 Altera ſpecies tertianæ eſt σωεχής, id eſt, continua, & eſt à cholera intra uenas exiſtente, quæ continuo adfligit infirmum, quanquam de tertio in tertium diem maior percipiatur exceſſus.

3 Tertia ſpecies tertianæ eſt καύσων, cauſon, id eſt ardēs uel adurens, & eſt ex cholera intra uenas cordi propinquas

quàs exiſtente, quæ ſimiliter continuo adfligit.

Febris ex phlegmate uocatur ἀμφημέρινος, id eſt quo/tidiana, eius item ſpecies tres ſunt, *Febres ex pituita*

περιοδική, interpellata, fit ex phlegmate extra uenas putreſcente, quæ adfligit omni die, falſa tamen per ſex horas quiete. 1

Quotidiana continua eſt, à phlegmate intra uenas putreſcente prouenient, quæ cõtinue infirmũ adfligit. 2

Tertia ſpecies eſt epialus ἠπίαλος, ἀπὸ τοῦ ἠπίως ἀλεαίνειν, ab eo quod leniter adfligat, quæ fit à phlegmate uitreo uocato, profunda aliqua corporis parte putre/ſcẽte, quapropter exterius calet corpus, interius uero fri/get, cuius paroxyſmus eſt omni die. Sunt autem ſupra illas ſpecies quinq; aliæ relatæ ab Auicenna. 3 *Epialus.*

Liparia, à phlegmate crudo cauſata, quæ omni qui/dem die paroxyſmum facit, ſed exteriorum partiũ ad/eſt frigiditas, ac internorum calor, ut ſit epialo planè contraria. 4

Deinde altera ſpecies, quæ & extrinſecus & intrinſe/cus, & calefacit & infrigidat corpus, duplici materia phlegmatica, altera interius, altera exterius ad putrefa ctionem commota, quæ etiam quotidie adfligit. 5

Diurna à phleg. extra uenas in die putreſcẽte fit. 6

Nocturna, qñ phlegma noctu putrefit & adfligit. 7

Syncopalis, à phleg. fit infecto & uenenoſo, unde inter ἐπιδημικὰς & peſtilẽtiales febres recte cõnumerat. 8

Febres ex bili atra

Febris, quæ ex melancholiæ putrefactione contingit, quartana, id eſt, τεταρταῖος appellatur, eſt autem duplex,

1 Quartana continua, eſt à melancholia intra uenas putrefacta, quæ ſine interpellatione infeſtat, quanquã de quarto in quartum diem manifeſtius adfligat.

2 Quartana interpellata, eſt à melancholia extra uenas putreſcente, quæ quoque quarto die infirmum moleſtat.

Febres compoſitæ

Componi autem febres multipliciter conſtat, famoſiſſima tamen omnium ſpecies eſt ἡμιτριταῖος, ſemitertiana uocata: ſiquidẽ in hemitritæo una ſemper eſt febris tertiana, ſpecies autem eius tres ſunt,

1 Maior fit, melancholia intra uenas, cholera extra putreſcentibus.

2 Minor eſt, quum phlegma intra uenas, extra uero cholera putrefit, & hic quidẽ uerus hemitritæus à medicis adpellatur.

3 Medius fit ediuerſo, cholera intra, phlegmate extra uenas putreſcente.

4 Eſt autem & maiori hemitritæo ediuerſo quarta ſpecies oppoſita, quæ nomen apud medicos nondum inuenit.

Febris peſtilentialis

Febris poſtremum eſt ἐπιδημικὴ, peſtilentialis, cuius generatio ab omnibus prouenire poteſt humorib.

Febris hectice

Febris autẽ hectices ſupra prædictas quatuor ſpecies

cies, quædam nominatur hectica ſenectutis, quæ eſt conſumptio totius corporis cum caloris naturalis ſuperincenſione, quare curatione nõ eſt tentanda, nam & ſi calor etiam extinguatur, tamẽ ſiccitas relicta inſtar ſenectutis hominẽ conſumit, ea autem ἑκτικὴ μαρασμώδης Græcis uocatur. ἑκτικὴ μαρασμώδης

Porrò febres typicæ uocantur, quæ certis periodis ac acceſſionibus adfligunt, ut ſunt tertiana, quartana, quotidiana: quæ uero incertis periodis accedunt, uagæ, planetæ, ac nothæ, itemq́ erroneæ dicuntur: Hippocrates quartanas ex his præſagiri ſcribit. *Febres typicæ* *3. progno. aph. 28*

Fiſtulæ, ulcera profunda & oblonga, ab inſtrumenti ſimilitudine dicta, apud Græcos etiam σύριγγες.

Furunculus, tuberculum acutum cum inflammatione & dolore, Græcis δοθιὴν dicitur. δοθιῆνες

Fluxus uentris quatuor ſpecies ſunt,

Διάῤῥοια, profluuium uentris. 1

Λειεντερία, lienteria, id eſt leuitas & lubricitas inteſti- 2
norum, quæ continere nihil poſſunt, quodq́ adſumptum eſt protinus reddunt.

Δυσεντερία, tormina inteſtinorũ, proueniunt à mor- 3
daci aliquo humore, cum dolore ac exulceratione, ac cruoris aliquando cum ſtercore egeſtione.

Τεινεσμὸς, uulgo tenaſmus uocatur, eſt uoluntas e- 4
gerendi citra effectum.

Gangræna γάγγραινα, cancri ſpecies ſerpẽs eſt, quo

membra ipſa exulcerata atq; ea etiam quæ nõ ſunt exulcerata, emoriuntur, ac ſenſum amittunt.

γάγγλια, ganglia, tubercula maxime in capite & collo enaſcentia.

γλαύκωμα, glaucoma, uitium oculorum ex humoris cryſtallini oblæſione.

Gonorrhœa, γονόῤῥοια, ſeminis excretio inuoluntaria eſt, pene non extẽſo, quod uitium ex uaſorum ſpermatis debilitate prouenit.

ἰχώρ, Ichor, puris ſpecies eſt tenuior, ac ferè mediũ quiddam inter ſaniem perfectam ac ſanguinem, quale Germani ſeyger uocant, Hippocrates certe αἵματος τοῦ ἰχωροειδέος ἐν τοῖσι πτυώδεσι, animaduerſionẽ fieri debere ſcribit. Porrò apud Homerum ἰχὼρ ſanguinem à Venere ſauciata profluentẽ ſignificat, ſed tamen non eiuſmodi, qualis ſolet ab hominibus profundi.

Lib. 6. epid. partic. 2 aph. 23

ἰκτερικία, Ictericia, latinis arquatus, & morbus regius, ex obſtructione epatis, & debilitate ſplenis obortus, nomen ipſum ab ἰκτερῷ auicula habet, quam quidam miluium interpretãtur, dictumq; inde morbum, quod flaua bile oculi ſuffuſi miluinis ſimiles fiant: alij galbulam uel galgulum, ut Plinius, per ἰκτερὸν intelligunt. Eſt aũt & Ictericiæ ſpecies altera, quã nigram uocant, morbus is populis ſeptentrionalibus ualde notus eſt, propter malos cibos, ut puto, & frigus ingẽs, corporis & maxime faciei colorem in nigrorem commutãs,

Ictericia nigra

adeo

adeo uehementer corpus adficiens, ut non ſolum den/tes labefactati excidant, uerum membra ſolida à cor/pore uelut emortua procidãt, ac quibuſdã præſecent̃.

Ignis ſacer, pſicus, pruna, inflãmatiões ſunt cholericæ.

Ileos εἰλεός, uoluulus latine dicitur, uulgus me/dicorum Iliacam adfectionem ſeu paſſionem uo/cat, eſt autem in inteſtinis ſuperioribus & tenuioribus duodeno, ieiuno, ileo, in qua cum nauſea, uomitus & eiectio ſtercoris per os ſequitur, uocatur autem & χορ/δαψός, quod ad chordæ ſimilitudinem in ea affectione uideantur ipſa inteſtina cõuolui. *Tria inteſti/na ſuperiora.*

Intertrigo ſcabiei ſpecies, longius ac profundius ad membra proſerpens.

ἰσχιαδικοὶ, ſunt q ex uertebris ac coxendicib. laborãt.

Lichenes, Græcis λειχῆνες, impetiginis ſeu mẽtagræ ſpecies ex morbis melancholicis oborta, fit autem cutis aſperitas ſquamoſa, quæ aliquando tranſit in lepram, *Lepra* author eſt Hippocrates, utrunq; malum ſi ſit recens & *Li. prædict. 2* in iuuenibus carnoſiſq; corporibus, facile poſſe tolli. Verum λευκὴν leucen, non multum diſſimilem mor/ *Leuce* bum, ex ualde lœthalibus morbis idem prouenire di/cit, tabe uidelicet & phthiſi. Eiuſdẽ fœditatis morbus eſt quem leontiaſin uocant à leone. *Leontiaſis.*

Lethargus ληθαργός, morbus ab obliuione omniũ rerum dictus, accidit cum mentis ipſius alienatione, ac dormiendi inexpugnabili neceſſitate,

Lenticulæ Lentigo faciei maculas, à ſimilitudine lentis ſignificat, Celſus lenticulas uocat, quæ Græcis φακοὶ dicuntur, quanquã φακοὺς lẽticulis rubicundiores ac inæqualiores eſſe adijciat: eius autẽ generis ſunt & quæ Græcis ἐφηλίδες appellantur, eo quod ἐκ τοῦ ἡλίου, id eſt, à ſole exurente cauſentur.

ἐφηλίδες

Lunatici, qui laborant morbo comitiali: ſolet autẽ hic peculiaris eſſe his qui interlunio naſcuntur.

Lumbrici à lubricitate dicti ἕλμινθες ac ἀσκαρίδες Græcis, uermes ſunt, qui naſcuntur in aluo ac inteſtinis, ex totaq́ ſubſtantia nihil cum corpore commune habent, ſed omnia præter naturam, aliqui longiores, aliqui magis lati.

Hippo. 3 aph. 28

Matricis morbi ſunt ſuffocatio, præcipitatio: fiunt etiam in ea ἐξανθήματα, σκληρώματα, ἐρυσίπελας, plagæ & cancri, uocatur autem matrix Græcis μήτρα, quãquam Ariſtoteles per hanc uocem os ac ceruicẽ uteri uel uuluæ intelligit, uocatq́ quam nos cum uulgo matricem diximus, ὑστέραν καὶ δελφὺν, quæ locos ac uterum uertit Theodorus.

μήτρα

ὑστέρα δελφύς

Neq; dubium eſt ex ὑστέρα hyſtera, adpellationem factam ſecundæ ac ſecundinæ, quanquam non uterum uel matricem, ſed pelliculã in qua obuoluitur fœtus in utero, his nominibus medici intelligant: neq; accipiendũ etiã aliud apud Hippoc. puto, ubi ſternutatoria ad ὑστερέων ἐκπτώσιας adponi debere præſcribit, uulgus medico-

medicorū & muliercularū ſecundum uocant partum. *Secundæ.* *Secundinæ.*

Menſtrua & ultra tempus retenta & nimiū proflua in mulieribus item morbos generant, autor Hippocrates, Græci μῆνες καὶ καταμήνια uocant, & ῥόον γυναικεῖον, id eſt, fluxum muliebrem, Dioſcorides ἔμμηνα. *5. aph. 58*

Mētagra olim, qui hodie morbus Gallicus ac Neapolitanus dicitur, ſolet enim primum adparere circa mentum, atq; etiam uirgam in uiris, quæ menta & mētula latinis dicitur. Nec multum diuerſus morbus eſt, quem μορφαίαν, à formæ deturpatione uocant. *Morbus Gallicus.*

Mariſca, itemq; ficus, ulcus podicis eſt, ex nimia attritione generatum, Græci σύκωσιν uocant, eadē qua Latini ficum ratione. *Ficus. σύκωσις.*

μαρασμός, Maraſmus, conſumptio membrorum ſolidorum ex febre hectica oborta, quæ ſenectutis modo hominē cōficit, unde quoq; ſenectus ex morbo dicta. *Senectus ex morbo.*

Morbum ſacrum alij lepram, alij epilepſiam, quidā autem ſacrum ignem intelligūt: ſacrum autem morbū Heraclitus arrogātiam dixit, quod ſacrum, id eſt, præſtantiſſ. queq; inuadat, ac cum morte tandē relinquat.

μελικηρίς maliceris, à fauo nomē habēs, ulcus eſt circa articulos frequenter cuboſq; ac genua abſcedens.

μανία, inſaniæ ſpecies eſt, longiori tempore durans, ſine febre quidem oborta, ſed progreſſu temporis febres excitans, hominesq; triſtes facit: unde eius cauſa atra bilis eſſe adparet, ut non multum à uitio diſtet,

quod Græci etiam μελαγχολίαν uocant.

Narium morbi, πώλυψ, polypus, caruncula eſt naribus innaſcens cancerata, & ideo, autore Hippocrate, 6. aph. 38 medicamentis non curanda. ὄζαινα, ulcus circa nares ὄζαινα. maxime mali, fœtoris, ac incurabile. κορύζα quæ & μύξα, Grauedo. diſtillatio à capite, latinis grauedo & pituita.

νυκτάλωπες, Nyctalopes, qui interdiu quidem uident, uerũ ad ueſperam parum, & noctu penitus nihil. Oculorũ morbis ac uitijs infinita penè nomina à quibuſdam excogitata ſunt, & maxima ex parte cum aliorum membrorũ adfectionibus coincidentia, apud medicos frequẽter occurrũt, ὀφθαλμία lippitudo, λεύκωμα quod item uitium ἄργεμον uocatur. γλαύκωμα, αἰγίλωψ, Cataractæ. ἀμβλυωπία, καταράκτη, ſuffuſiones, plura apud Celſum.

ὄρεξις, adpetitus iuſtus. Pretia autem rerũ orexim conuiuiorum eſſe dicere ſolitus fuit Heliogabalus. adpetitũ aũt oblœſum ἀνορεξίαν καὶ ἀποσιτίην uocat Hip.

ὀφίασις, Ophiaſis, caluitij ſpecies caput inſtar coronæ circumdans, ac ſerpentum modo glabrum faciens, accidit frequenter pueris.

ὀρθόπνοια, orthopnœa, quãdo quis ſpiritum niſi recta ceruice ducere non poteſt.

Oſcitatio prouenit ob ſuperfluitates, quæ in muſculis mandibularum ac thoracis coẽunt: eius abundãtia inducit tremorem & febrem, quæ à cõcoctione euenit, ſuperfluitatum expulſionẽ ſignificat, Hippocrates 7. aph. 56 χάσμην uocat.

παράλυσις, paralyſis, reſolutio & ſyderatio unius lateris.

Phthiriaſis, φθειρίασις, morbus pedicularis, aliquib. contingit in pilis ſuperciliorum, alarum, ac pudendorum, aliquibus ex uniuerſo corpore erumpit: hoc morbo periјt Sylla dictator, Alcmā ac Pherecydes poëtæ: nomen morbo ἀπὸ τοῦ φθειρός, id eſt, à pediculo eſt.

πιτυρίασις, pityriaſis, prurigo capitis ſquamoſa inſtar furfurum, unde etiam nomen.

Panus tumor eſt in inguinib. maxime ac alis ena ſcens, aliquando etiam in uertice, à pani figura nomen ſortitus, Græci φύγεθλον uocāt, fugillas, ut puto, Auicen. φύγεθλον.

παρωνυχία, circa ungues abſceſſus.

παρωτίδες, iuxta aures abſceſſus, ſolēt ferè poſt lōgas febres ex impetu morbi eò eiuſmodi inflammationes conuerti.

παρίσθμια, pariſthmia, abſceſſus circa gutturis iſthmū, à ſimilitudine iſthmi marini dictum, puto autem eminentem circa ligulam carnem, quam etiam laringā uocant, Latinis glandulæ ac tonſillæ dicuntur. *Iſthmus.* *Tonſillæ.* *Glandulæ.*

πλευρῖτις, pleuritis, abſceſſus lateris in pellicula obducente coſtas, Latini quidam coſtalem dixerunt. *Coſtalis.*

Phymoſis, φύμωσις, quū glans mētulæ cōtegi à cute non poteſt propter tumorem, qui φῦμα dicitur.

περιπνευμονία καὶ περιπλευμονία, abſceſſus pulmonis, cuius adfectionis ex eiectionis ſaniei per ſputum iudicium eſt, autor Hippo. ſicut quoque pleuritidis. *2. progno. 33*

Pterygium. πτερύγιον, exulcerta caro circa unges in digitis tum manuum tum pedum enaſcens.

Priapiſmus πριαπισμός, tenſio ex inflatione uirgæ uirilis, præter adpetitũ coëundi accidens, ab obſcena Priapi hortorum numinis pictura nomen ſortita.

Tabes. φθοή Phthiſis φθίσις conſumpſio membrorũ ſpiritus ac ſolidorum etiam, latini tabem uocãt, Græci etiam φθολόην.

Porrigo, inter pilos ſquamulæ quædã exulcetatæ ſanie, quam ἰχῶς Græci uocant, madentes.

ψῶρα pſora, ſpecies mentagræ.

φρενῖτις phrenitis, inſaniæ ſpecies eſt, ex febre acuta, cũ dementia cõtinua ac capitis dolore uehementi, adiuncto etiam aliquando cerebri apoſtemate. Quando autẽ hæ adfectiones non ſunt propriæ in ipſo cerebro, ſed fiũt per cõſenſum, tum ſpecies quædam inſaniæ cõtingit, quam παραφροσύνην uocãt, & latini delyrium. παραφροσύνη delyriũ

Ptyſis πτύσις frequenter accidere ſolet in morbis thoracis, & eſt expuitio puris cum tuſſi uehementi.

Phagedæna φαγέδαινα, ulcus uſq; ad ipſa oſſa ſerpẽs ac depaſcens cum inflammatione ac pure graue olenti, ualde mortiferum: talia ſunt quoq; quæ Nomadas adpellat Plinius. Nomades.

Portenta generantur ſi plura aut diuerſa ſemina inter ſe cohæreãt atq; confundantur, aut cũ ſeminis genitalis exceſſus uel defectus fuerit.

Rhenum adfectus νεφρῖτις, aliquando ex innato lapide

pide, aliquando ex apoſtemate, aut ulcere dolor non diſſimilis colico, contingit etiam ex eorum imbecillitate tenuis ſaniei ac quaſi ſanguinis mictio, quidã etiam diabetem, ad renum adfectionem referunt. *Nephritis* *Diabetes*

Regius morbus, ἰκτερικία dictus, quod ociũ, delectationem, ludosq́ ac laſciuiam, cum molliori etiam ſtragulorum adparatu expetat.

Ramex βρονχοκήλη Græcis, duricies inſtar ſcirrhi, in carnoſis maxime locis proueniens.

Scabies multorũ modorum eſt, aliqua lenior, quæ facile tollitur, aliqua aſperior, quæ ἀγρία fera nominatur: referuntur autem impetiginis quoq; quatuor ſpecies à Celſo, quarum prima ſcabiei ſimilis ſit, altera rubrica, tertia nigra uocetur, quarta autem ſubalbidas habens ſquamulas, quaſdam etiam lenti ſimiles, quæ incurabilis exiſtat: impetũt autem maxime pedes, manus & ungues. *Impetigo ſcabiei ſpecies.*

Serpitiones quæ ſupra intertrigenes.

Struma tumor eſt in gutture inſtar glãdulæ obortus, Græci ἀδένας uocant & χοιράδας. Hippocrates autẽ ἀδένας in maxillis, alis ac pudendis, itemq́ in uiſcerib. & rhenibus ac inteſtinis oriri ſcribit, ac alijs plæriſq; locis. Porrò latini quidam eoſdem tumores ſcrophulas uocant, ſicut Græci χοιράδας, à ſcropha, id eſt, ſue. *Adenes* *Chœrades.* *In lib. περὶ ἀδένων*

Singultus, Græcis λυγμός, ex ſtomachi oris adfectione prouenit, ſicut tuſſis ex pulmone, & ſternutatio à *Tuſſis.* *Sternutatio*

lib.7.aph.13 cerebro, quæ ſi ſingultui ſuperueniat, ipſum tollit, autore Hippocrate.

Suſpirioſi ſunt, qui Græcis ἀσθματικοί.

Stranguria, στραγγουρία, urinæ ſtillicidium, ex urinæ acrimonia quaſi ſtrangulans ipſam caudam.

στεατώματα, abſceſſus, qui in ſe pingue quiddam cõtinent, unde nomen.

στροφός, cõuerſio ac tortura inteſtinorũ circa umbilicũ.

Splenetici, σπληνητικοί, qui ex ſplene laborant.

Sonticus morbus, pro lœthali maxime ponitur.

Tonſillæ, & fauciũ pars & morbus ſunt, morbus ipſe aliquando exulceratione, aliquando inflammatione fauces tumefacit: tonſillæ autem per diminutionem à uoce tolles, id eſt, tumore dictæ ſunt, Græci παρίσθμια & ἀντιάδας uocant. *Tolles* *Pariſtmia.* *Antiades.*

Therioma, θηρίωμα, ulcus fœdũ apud Celſum, quod aliquando herpes eſthiomenos ſequitur, forte à uenenoſitate ac feritate nomen habens.

Tortura oris cum febre acuta accidere ſolet, colorisq; mutatione, Græci κυνικὸν σπασμὸν adpellãt, ut Celſus tradit: accidit autem in plærisq; ſimul paralyſis linguæ, quam uocis interceptio ſubſequitur. *Cynicus ſpaſmus.* *Paralyſis linguæ.*

Veternus, torpor eſt ac pigricia cum ſomnolentia, Græcis κῶμα dicitur, quod ſocordiam ad res agendas inducat. *κῶμα.*

Vua, σταφυλή, morbus faucium propter tumorem

&

& caſum ſiue elongationem uuulæ, γαργαρεῶνα Hippocrates uocat, id eſt, gurgulionem. *Prognoſ. 3 aph. 22 Gurgulio.*

Vitiligo, fœditas cutis eſt, tres ſpecies habens, ἀλφόν, quæ alba eſt: μέλαιναν, quæ nigrior: & λευκὴν quæ albior adhuc quàm ἀλφός. *ἀλφός. μέλαινα. λευκή.*

Vertigo, ἴλιγγος Græcis, & σκοτομία ac σκότωμα quod tenebricoſitas quædam oculorum accidat. *σκοτομία.*

Vertebrarũ luxatio & inuerſio eſt, λόρδωσις Græcis dicta, quũ anteriorẽ in partẽ luxãtur: ὕβωσις, quũ in poſteriorẽ: κύρτωσις, quũ in media ſpina, q̃ ipſa à Græcis ῥάχις, & ἱερὰ σύριγξ adpellatur: uocantur autem uertebræ ipſæ eiuſdem σφόνδυλοι, ex quorũ uigintiquatuor numero uniuerſa conſtat ſpina dorſi. *Lordoſis. Hyboſis. Cyrtoſis*

ὑποχόνδρια, Hypochondria & ſuſpendi & murmure repleri: itẽq; dura aliquãdo fieri, aliquando ſine phlegmone dolere ſcribit Hippocrates: Intelligunt autem hypochondriorum nomine ilia Theodorus, ſiue ut alij putant, Laurentianus, & Leonicenus. Porrò χόνδρος pectoris eſt: unde uox ipſa deducta, ſignificatq; ea quæ à pectore interiacẽt uſq; ad umbilicum, Galenus certe in medio chondri uentriculũ collocare uidetur. Eſt autem ſpecies ſiliginis chondros ab eodẽ adpellata: inuenines etiã cartilaginis ſignificatione ab eodem chondro uſurpari. Quin ſalis grana craſſiora χόνδρους dicunt, itemq; thuri ſuos χόνδρους adtribuit Dioſcorides. *lib. 4. 5. & 6 aph.* *Chondrus.* *In lib. περὶ τῆς ἀνατομῆς, & in. 1. τόπων πεπονθότων.*

Et hæc quidem breuiter de morbis humani corporis perſtrinximus, adhibeamus autem mox Simplicium medicinarum aliquam ſaltem leuem cognitionem, ut uel inde aliquando digreſſi, ad eos ſcriptores alacrius contendamus, qui ex profeſſo hanc rem diffuſiſſime tractarunt, nos contenti erimus una atq; altera uoce deſignare, quæ ſingulæ earum exiſtant, ac pro ijſdē iudicatæ ſint apud Græcæ ac Latinæ linguæ ſcriptores, quanquam in multis adhuc ſub iudice lis eſt. Adijciemus autem ſimul graduū qualitatis ſingulorum rationem, ut hinc colligere queas in quē uſum, ac contra quos morbos commode queāt exhiberi.

DE SIMPLICIBVS MEDICINIS ſecundum commixtionum qualitatum gradus.

Gradus medicinarum ſecūdum qualitatem quatuor digeſſerunt medici, & in primo quidem gradu ea poſuerunt, quæ ratione tantum intelliguntur aliquam in ſe uel hanc uel alteram habere complexionem: quæ uero ſenſu percipi poſſunt, uel calida eſſe uel frigida, aut humida uel ſicca, ea in ſecundo gradu collocātur: quæ autem uehementem ſenſum exhibent, ea tertij gradus ſunt iudicata: in quartum omnia uiolenter ſenſum lædentia ſunt relata, atq; prouenenis habita. Subdiuiſerunt etiam amplius hos quatuor gradus, ita ut quemque eorū rurſus in quatuor diſtraherent, alij ſingulos in tria

in tria membra partiti ſunt, ſic ut cuiuſque principium, medium, ac finem conſtituerint, cuius exemplum ſit ex Meſua, q hermodactylos calidos & ſiccos eſſe dicit in ſecundi gradus principio: helleborum album, calidum & ſiccum in tertij gradus medio: ſcamoniam autem calidam & ſiccam in tertij gradus fine.

Cognoſcitur autem omnis medicinæ ſimplicis qualitas à

Subſtantia	Colore
Tactu	Tempore
Odore	Loco
Sapore	Vicinitate aliarũ iuxta naſcentiũ.

Quare commode huc referre poteris ea, quæ ſupra, quum de rebus nõ naturalibus ageremus, in quaterniones digeſta uides, ex illis enim ut res omnes nõ naturales dictæ immutãtur, ſic quoq; cognoſces omnium ſimplicium & naturam & qualitatum commixtionẽ, cuius exemplũ ſit, mollia, rubea, dulcia, carnoſa, pinguib. locis naſcẽtia, ac ſimilia, magis de caliditate & humiditate participare: quæ uero nigriora, uiridia, dura, acria, ſqualida, petroſis locis naſcẽtia, ac ſeptentrionalia magis ſunt, ea euidẽter frigiditatis ac ſiccitatis cõmixtionem in ſe complectuntur. Idem iudicium de reliquis duobus ordinibus erit, calidorum uidelicet ac ſiccorũ, frigidorum & humidorum. Porro calida & humida omniũ commixtionũ optima eſt, primũ ergo ea quæ ex hac cõmixtionẽ habent ſimplicia adponemus.

SIMPICIA CALIDA & humida.

Aſphodelus, Albuciũ. II
Althæa, Ebiſcus, æqualiter
Aurum, temperate.
Anetũ. c. III. h. II, aliĳ. s. II
Argentũ uiuum. IIII
Amygdalæ dulces. I
Amaræ. c. & ſic. I
Amylum, ἄμυλον, temperate.
Bdellium. c. II. h. I
Been utraq;. II
Bel, cotoneũ Indũ. c. III. h. I
Borago. I
Bugloſſa, βούγλωσσον. I
Branca urſina. II
Bulbi. II
Caſſia fiſtula. I
Conſolida utraq;. I
Coriandrum, mixtum ex omnibus
Dactyli. II
Eruca. II
Eryngiũ, ſecacul. II
Enula, Helenium. II
Ficus. c. I. h. II
Granum culcul. II
Iuiubæ. II
Lingua auis. I
Ladanum. II
Lentiſcus. c. III. h. I
Lini ſemen. I
Malua, μαλαχή. c. I. h. II
Mora Celſi. I
Nux Indica. c. II. h. I
Paſtinaca, cariota. c. II. h. I
Paſſulæ. II
Phaſeolus. I
Pulmonaria, γεράνιον. II
Rapa. c. II. h. I
Raphanus, radix. II
Satyrion, ὄρχις. III
Seſanium. c. I. h. II
Soldanella. II
Virem, curcuma. II
Vitus alba, labruſca. II
Xylocerata, ſiliqua. II

CALIDA ET SICCA.

Aloë. c. II. s. III
Abſinthium. c. I. s. II
Aſarum. III
Agaricus. c. I. s. II

Alſebran,

Alſebrã, eſula. III. princip.
Alfeſcera. III
Arthanita, cyclaminos. III
Albemeſuch. III
Ariſtolochia, longa & ro-
tunda. c. III. s. II
Abrotanum. c. III. s. II
Aaron. I
Acorus, radix gladioli. II
Agrimonia, Inguinaria. II
Agnus caſtus, ἄγνος. III
Aeris ærugo. III
Alga marina. II
Aloës lignum. II
Alumen. IIII
Acole. I
Allium. c. IIII. s. III. medio
Alkekengi. III
Alleluia, ſpẽs trifolij. II
Ambroſia ἀθανασία, Arte-
meſia, eadẽ putantur. II
Amomum. III.
Ameos. III
Anacardus. IIII
Anthos, ros marinus. III
Aniſum. II
Apium. II
Ambra. II
Anthera, τὰ ἄνθηρα. II
Apollonaria. III
Aſa fœtida. c. I. s. II
Ammoniacum. II
Aſpergula. II
Balſamus. III
Balſamita, ſiſimbrium. III
Baſilicon, ocymum. II
Betonica. I
Britannica. II
Bryonia, uitis nigra. II
Bruſcus. II
Baurach. III
Blacta byzantia, teſtæ cõ-
charũ marinarũ. c. I. s. II
Braſſica. I
Bedugar, ſpina alba. IIII
Chamæmelon, uulgo ca-
momilla. I
Cannabis. III
Chamædrys, quercula. III
Chamæpitys, pinus ter-
ræ. III
Colocynthis, cucurbita ſyl-
ueſtris. III

Cardamomum. II
Cartamus.II
Calamus aromaticus. II
Capparis.II
Cataputia.III.aliĵ,h.II
Caulis.c.I.s.II
Condyſi,Struthion.IIII
Coſtus.III
Crocus.II
Cuſcuta.c.I.s.II
Colophonia. II
Cepa.IIII
Coccus.II
Centauræa,κενταύριον.II
Cyperus, iuncus quadra-tus.II
Cinamomum.III
Cuminum. III
Citrum,pomũ medicũ. II
Criſpula.II
Chryſocolla. II
Caſſia lignea. III
Chelidonia.III
Chærefoliũ,χαιρέφυλλον. II
Careum,caros.III
Coriandrũ.II.aliĵ,frig. II
Cucumer aſininus.III
Cypreſſus. c. I.s.II
Dictamum.III
Doronicum.III
Daucus,II
Ebulus,chamæacte.II
Eſula.c.III,s.II
Epithymiũ. II
Eupatoreum.c.I.s.II
Euphorbion. IIII
Elleborus niger,ueratrũ.III
Albus.II I,medio
Flammula.III
Fœnum græcũ,βουκέρας. I
Fœniculus II
Folium Indicum.c.II.s. III
Fumus terræ,c.I. s.II
Fu. c.I.s. II
Chariophilus, χαριόφιλος. III
Chariophilata,pes lepo-ris.II
Galbanum.II
Galanga.III
Galli centrũ καλλίτριχον. III
Gladiolus,ξιφίον.II

Grana

Grana tinctorum.II
Gentiana. II
Geniſta,ſpartum.II
Gith. II
Herba paralyſis, primula
ueris. II
Hermodactylus. II,prim.
Iris,ireos uulgo.III
Iuniperus,ἀρκευθίς.II
Incenſaria. II
Hyſſopum,ὕσσωπος.III
Lapathum & lapatium II
Lapathum acutum ὀξυλά-
παθον.III
Laureola.II
Lauendula,caſia à quibuſ
dam putatur.II
Lilium.II
Lapis armenus. II.prim.
Lapis ſtellatus.c.II. s. III
Liguſticum.II
Lupulus, ſpecies uolubi-
lis. I
Litium, ſemen cartami. II
Lapis laſuli.c.II.s.III
Lupinus.II

Maiorana, amaracus. III
Mace, Machir. III
Marrubium ,praſſium
c.III.s.II
Mezereon,coccum Gnidi
um.IIII
Marua.II
Matriſſyluia.II
Meliſſa,μελισσόφιλον.II
Melilotus, corona regia.I
Melongena.II
Menta ἡδύοσμος. III
Menta non odorifera,ca-
lamentum .III
Mentaſtrum.II
Meu.II
Mel.II
Milium ſolis. III
Mercurialis,λινόζωστις.II
Millefolliũ μυριόφυλλον. II
Maſtiche.c. tempera.s.II
Morſus gallinæ, anagal-
Muſcus,μόσχος. III (lis.II
Naſturtium. III
Naſturtium aquaticũ,ſe
nation.II

Napellus.IIII
Narciſſus.II
Nigella.III
Nux myriſtica,uulgo mu-
ſcata.III
Oleander.c.III.
s.II
Oliuæ.II
Opopanax,III
Origanum,ὀρίγα-
νος.III
Orobus,eruũ.c.I.s.II
Pæonia.III
Piſum.λέκιθος.II
Polypodium.II
Pſyllij,ſubſtantia medul-
læ interioris.IIII
Petroſelinũ,olus
atrũ.III
Pes corui,κορωνόπους.III
Pes colũbinus,ἀνά-
γυρις.II
πεντάφυλλον.quinquefo-
lium.c.I.s.III
Peucadanum.II
Piſtatia,fiſtici.II

Piper trium generũ,albũ,
nigrum,longũ.III
Piretrum.IIII
Pimpinella.III
Pinaria.c.II.s.III
Pulegium.III
Populus.I
Policaria,coniza.III
Polium.c.II.s.III
Perforata,ὑπερικόν.III
Parietaria.III
Porrum.III
Pix,πίσσα.III
Raphani ſemen.III
Rha barbarum.II
Rha ponticum.II
Rotabea.II
Radix,radicula uulgo.c.
III.s.II
Riſum,Oryza.I
Ruta.III
Rubea tinctorum,ἐρυθρό-
δανον.II
Ros marinus,liba-
nothis.III

Scamo-

Scamonia, Tapſia. III
Squylla, σκύλλα. III
Sene. c. II. s. I
Sal omne. II
στάφυς ἄγρια, uua tyminia. III
Saxifraga. III
Silphium, laſerpitium. III
Symphytum, Alum, conſolida. II
Scabioſa. II
Spatula fœtida. II.
Sarcocolla. c. II. s. II
Sabina. III
Serapinum. c. III. s. II
Serpentaria, δρακόντιον. II
Saluia. II
Sambucus ἀκτή II.
Sambacus. III
Sandaraca. II
Satureia. IIII
Siſer. II
Sicla. I
Serpillum, ἕρπυλλον. II
Seſeli, σέσελι. II
Stichados utrumque, arabicum & citrinum στοιχὰς καὶ στιχὰς III.
Spica Celtica. II
Spica nardi. c. I. s. II
Squinãtum uulgo, σχοῖνος, iũcus odoratus & rotundus. II
Scolopẽdria. c. I. s. II
Styrax στύραξ trium generum. c. I s. II
Stellaria, inguinalis. I
Thus. c. II. s. I

Turbith. c.III.s.I
Tamariſcus.II
Terebenthina reſina. II
Tithymallus.VII ſpec.IIII
Thymus.III
Tripolium. c III.s.II
Valeriana.II
Verbenæ, ſagmina.II
Vernix,ſunt qui ſandara-
cam putent. II
Verbaſcum. II
Virga paſtoris. II
Vermicularis.III
Vithnem.III
Vrtica,ἀκαλύφη. III
Vlpicum, allij ſpecies. II
Vſnea.II
Volubilis.c.I.s.II
Zinziber,gingiber.c.III.
s.II.h.I
Zednaria.c.III.s.II

FRIGIDAM ET HV midam cõmixtionem habentia.

Atriplex, χρυσολάχανον
f.I.h.II
Auricula muris, ἀλσίνη.I
Beta,blitum. I
Bedegar. f.I.h,& s.medi-
ocriter.
Cicuta.IIII
Ceterach.I
Cicorion,intubum errati-
cum, quidam ἡλιοτρόπιον
putant.II
Citrulli.III
Cucumeres.III
Cucurbitæ. II
Ceraſa.f.I. h.II
Dragantum f.II.h.I
Endiuia.I
Fungorum genera
exellenter.
Fragaria. I
Granatum malũ dulce.I
Glycyrrhiza, temperate
Lactuca. II
Mandragoras. III
Melones.II
Mala perſica.II
Nenufar.II
Parietariæ ſemen.II

Paliurus. II
Platanus. II
Portulaca. II
Perſicaria. IIII
Pepones. II
Robeliæ. I
Vmbilicus Veneris, cymbalaria. II
Semper uiuum ἀείζον. III
Vngula caballina. II

FRIGIDA ET SICCA.

Acacia, ἀκακία f. II. s. III
Aſparagus. f. I. s. II
Acetoſa, acedula. II
Acetum. f. I. s. III
Agrifolium. II
Anchuſa. II
Alcanna, ciprus. I
Antimonium. III
Barba Iouis, ſpecies ſemper uiui. III
Balauſtia, flores mali granati. II
Berberis. III
Cardus benedict. ἠριγέρων. II
Camphora. III
Cauda equina ἱππουρις equiſetum. f. I. s. II
Cynogloſſa. II
Carabe. I
Cytonia. f. I. s. II
Conſolida rubea. III
Cornum. II
Capillus Veneris, ἀδίανθος. II
Caltha. I
Ceruſa ψιμμύθιον καὶ ψίμυθος. II
Epatica. I
Elatinus. II
Hedera. II
Eufragia. II
Endiuia. f. I. s. II
Fraxinus. II
Filius ante patrem. II
Filix. III
Galla. f. II. s. III
Granatum acetoſum. II
Gramen. I
Gummi Arabicum. II
Hyoſcyamus, ὑὸς κύαμος. III

Iuncus.III
Lenticula aquæ.II
Lens.f.I.s.II
Linaria. II
Milium . II
Myrtilli. II
Memitha.II
Meſpila.II
Mirtus. II
Myrobalani,glandes un/
gentariæ VI .ſpecie.f.I.s.II
Citrini
Nigri
Indi
Chebuli
Bellirici
Emblici
Ordeum,Zea.I
Papauer.IIII
Plantago,ἀρνόγλωσσομ. II
Plantago minor.II
Panicum . II
Pira. f.I.s.II
Pera paſtoris , πολυγονῦα,
centumnodia . II
Proſerpinata.II
Pſidiæ.II
Rhamnus , rubi genus.II
Ribes . II
Rubus.II
Roſæ. f.I. s.II
Sandali.trium generum,
albi,citrini,rubei.f.III.s. II
Sanguis draconis.III
Semen graminis. II
Spinachia .I.fine
Solatrum,στρυχνὸμ.II
Sumach.f.II.s.III
Spodium.II
Tamarindi. II
Tapſus barbatus. II
Tribulus.II
Tormentilla . III
Tubera terræ, hamech. II
Vua uerſa. f.I.s.II
Hypociſthis. III

Qualita/

QVALITATVM DIuerſarum atque adeo ex contrarijs mixtarum.

Caſſia fiſtula

Manna, Ros Syriacus falſo à quibuſdam creditur, Nam manna thuris eo nomine intelligit Celſus, neque aliud ἔγχονδρος μάννα Dioſcoridi eſt, quàm grana & micæ uocata Plinio.

Pruna

Capilli Veneris

Volubilis

Cera

Fabæ

Iuiubæ

Lens

Glycyrrhiza

Maſtiche

Lupulus

Polytrichon

Sebeſten.

Siligo, robus apud Columellam: ſunt qui quod triticum hodie uocamus, ueteribus ſiliginem dictam putent, ex Plinio & Iuuenale Poëta, ubi inquit, Sed tener & niueus mollicꝫ ſiligine factus. *Lib. 18. cap. 8* *Iuue. ſa. 5*

Violæ

Cubebæ

Zaccharum album: rubeum enim calidum eſt in ſecundo gradu.

Pſyllium

Piperella.

SVNT AVTEM quædam ſimplicium uenena,

Pſylli ſubſtantia interior

Euphorbium

Mezereon

Argentum uiuum

Fungorũ aliqua genera

Cicuta

Hyoſcyamus

Napellus

Papauer
Arſenicum,auripigmentũ
Litargyrium
Gypſum
Titimallus
Cucumer aſininus
Vſnea
Arthanita
Mandragoras.
Elleborus niger
Apium riſus
Oleander
Cherua
Cataputia,ac omnes ferè herbæ lacte ſtillantes.
Anacardus
Nux uomica
Auellanæ rancidæ
Coriandrum.

SVNT AVTEM ET quæ uenenis liberant.

Hypericon
Vincetoxicum
Enula campana
Dictamum
Raphanus
Ariſtolochia longa & rotunda
Lactucella
Quorũ uſus fuit magnus antequam inuenirentur compoſitiones,
Theriaces &
Mithridatici.
Stercus galli bibitum ad euomitionem
Lac aſininum
Nux uomica
Ruta
Ficus ſiccæ
Nuces recentes
Caſtaneæ
Butyrum recens mane in cibo adſumptum, atque item in aqua calida ad uomitum ciendum potatũ.

Hucuſq;

Hucuſq; ſimplicium naturam paucis attingere uiſum fuit, tantum ſi adiecero ſingularum qualitatum earundemq; mixtarum uirtutem & operationem. Eſt igitur calidi uis rarefaciendi, concoquendi, emolliendi, ac maturandi apoſtemata: diſſoluit etiam calidũ, aperitq; meatus obſtructos, & inducit ſitim. Contra uero frigidum corpora condenſat, oppilat, congelat, & ſtupefacit. Humidũ lenit ac inflat, conglutinat, ac nauſeam parit. Sicca poſtremum extenuãt, & cum rarefactione conſumunt. Cæterum calidi & humidi mixtura uehementer emollit, maturat, ac ſemen genitale adauget. Calida & ſicca uehemẽter excalfaciunt, urinam mouent, adpetitum faciunt ciborum, maxime bibẽdi. Frigidi uero & humidi natura eſt, lenire, inflare, oppilare ac repercutere. Frigida autem & ſicca, conſtypant, cõcoctionem prohibent, minimeq; utilia ſunt corporis nutricationi. Porrò ingenue fateor hæc de ſimplicibus mihi tradita improbari, quum tam immenſa res ſit, tamqúe à multis & magnis autoribus tractata, ut nõ queat in eiuſmodi anguſtias conijci ac concludi. Et in multis adeo nominum magna confuſio eſt, ut plus minus uiginti rebus unã adpellationem ſæpe à Dioſcoride uideas adtributam, quo tamẽ nullus iudicatur ſimplicium naturas diligẽtius perſcripſiſſe, ipſo etiam adteſtante Galeno. Puto autem ego magno ſtudioſo-

Calidi uis

Frigidi

Humidi

Sicci

cum, imò omnium mortalium bono, in eiuſmodi formam totam Simplicium ſyluam poſſe congeri, ab eo qui non nominum, ſed rerum ipſarum certam cognitionem haberet, ita ut ab illis impertinẽtes quaſq; uoces ſequeſtraret, ac proprijs quibuſq; ad rerum demõſtrationem uteretur: quem aliquando deum Opt. Max. nobis daturum ſpero. Iam his fruere fœlix, quiſquis nobis æquus lector contigiſti, quæ candide planè uolui tibi mecum communia eſſe.

μείζονα τῶν μεγάλων λεύσσεις, δέξαι δὲ τ᾽ ἐμεῖο
σμικρά γε τοῦ σμικροῦ ταῦτα φιλοφρονέων.

Finis.

ERRATA,

Folio,4.linea 12.lege mihi.fo.21.li.9.,p aũt leg.etiã.Eod. fo.lin 23.leg.κλύζειν. fo.25.lin.17.Animalis ſecundũ, leg. Naturalis. fo.32.lin.2.leg.autem. fo.35.lin.15.leg.ſiccita/tem. fo.37.lin.11.pro ſed leg.ad. fo.42.lin.3.poſt utilita tes,deeſt aut. fol.43.lin.4.leg. adſimilatio. fol.45. lin.5 lege paſſionis. fol. 59. lin.16. leg.utre. fol.75.lin.25.leg. eiectione.fol.79.lin.19,le.χόνδρος os pectoris eſt. Ibid.li. 24.lege chondrum.

vide

[illegible] ... qui [illegible]
[illegible]
[illegible]
quibus [illegible]
[illegible] plura [illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible] ... qui [illegible]
[illegible] si non sit [illegible]
[illegible] nam [illegible] qui [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
simplex [illegible] duo [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

et plures [illegible]
[illegible]